QUAESTIONES

DE

ATTRACTIONE

ENUNTIATIONUM RELATIVARUM

QUALIS

QUUM IN ALIIS
TUM IN GRAECA LINGUA POTISSIMUMQUE APUD
GRAECOS POETAS FUERIT,

SCRIPSIT

RICHARD FÖRSTER.



BEROLINI.
MITSCHER ET RÖSTELL.
1868.



Primam et vetustissimam sententiarum juncturam fuisse paratacticam ipsa linguarum cognitione discimus. Omnes enuntiationes ut ejusdem dignitatis esse videbantur, ita eadem forma proferebantur: quo enim ordine erant mente perceptae, eodem ponebantur alia juxta aliam. Atque ut discrimen inter enuntiationes primarias et secundarias omnino non erat, sed tantum enuntiationes per se constantes vel demonstrativae, ita ne particulae quidem et pronomina relativa, sed tantum demonstrativa erant, ut hanc juncturam etiam demonstrativam genusque linguarum, quod in ea substitit, dicere possis vocabulo, quo primus A. Schleicher[1]) de linguarum formatione primaeva usus est „isolirend". Ubi vero intellexerunt homines enuntiationes non omnes esse paris momenti, sed unam nonnunquam minoris quam alteram vel artius cohaerere cum altera: ut haec diversa inter enuntiationes ratio forma indicaretur, praeter juncturam illam demonstrativam opus erat altera, qua artiore quodam vinclo duas enuntiationes conexas esse significaretur. Atque ita adjungendis enuntiatis inserviebant in nonnullis linguis[2]) particulae relativae, ut Hebraeorum אֲשֶׁר, Turcorum ki, in aliis eisque paulo provectioribus pronomina relativa. Jam quae erat in illa priore junctura enuntiatorum separatio tolli coepta est: enuntiatum alterum jam non per se constat, sed tantum agglutinatum alteri.

Hinc orta sunt enuntiata primaria et secundaria, demonstrativa et relativa. Possis igitur hanc juncturam appellare syntacticam vel relativam vel agglutinantem. Minorem vim habet enuntiatio relativa, majorem demonstrativa: atque haec magis magisque formam illius sibi accommodare itaque ut ipsa vult mutare

---

1) Die deutsche Sprache, Stuttgart 1860 S. 3 sq.

2) Sinica, Coptica, Africanae, Vasconica, Turcica. V. Steinthal de pron. rel. dissert. Berolini 1847 p. 42—96.

ac constituere coepit. Cujus rei ansam praebet media illa atque anceps pronominis rel. condicio. Refertur sane eo enunt. rel. ad vocabulum enuntiationis demonstr., sed simul in sua enuntiatione partes gerit aut subjecti aut objecti aut determinationis quae dicitur adverbialis: unde elucet per se quidem pronomen rel. cum nomine ad quod pertinet concordare genere et numero, casu non item. Is enim pendet e condicione quam pron. rel. in sua enuntiatione habet vel, id quod idem valet, ex hujus praedicato. Jam vero si enuntiatio rel. vim habet parvam ejusque praedicatum parum validum est vel, ut nonnunquam verbum substantivum, omnino non adest, ne casus quidem pronominis rel. illo satis defensionis accipit, sed magis ansam praebet verbo enuntiationis demonstr. in illum dominandi et in suam potestatem redigendi. Ita denique factum est, ut casus pronominis rel. jam non ex natura enuntiationis rel., sed e praedicato enuntiationis dem. penderet: hoc si poscit genitivum, etiam illud genitivum induit, sive is indoli enuntiationis rel. convenit, sive non. Atque hoc quidem genus juncturae relativae nunc attractionis vel assimilationis nomine complecti solent grammatici: in quo si illud quoque fit, ut notio ea, ad quam enunt. rel. pertinet, e pluribus vocabulis constet, inter quae enuntiatio rel. inseritur, exsistit denique inhaerentia perfecta.

Jam postquam horum trium graduum, quos in jungendis enuntiationibus licet animadvertere, ordinem formamque externam breviter adumbravimus, quaeramus primum, quales ii in lingua Graeca appareant, quam hic potissimum tractandam elegimus.

Atque ut ordiamur, unde ordiendum est, a lingua primaeva, quae fuit Graecis communis cum gentibus omnibus, quas nunc nomine Indogermanorum vel Indoeuropaeorum comprehendere consuevimus, mihi quidem dubium non est quin ea in primo illo gradu, paratacticam dico structuram, substiterit. Ab ea enim, ut a quaque lingua primaeva, alienum fuisse pronomen rel. inde concludendum est, quod major est inter stirpes, e quibus postea in singulis linguis orta sunt relativa, differentia ac diversitas, quam quae explicari posset, si harum parens jam pron. rel. habuisset[3]. Demonstrativi autem pronominis,

[3]) Idem sentit Pottius Etym. II, 162.

quod linguae illius primaevae proprium fuisse censendum est, communes sunt omnium linguarum Indoeuropaearum stirpes ta et i.

Itaque pronomen rel. hae singulae linguae non haereditate acceptum tulerunt, sed ubi jam in diversas partes iverunt, sibi ipsae formaverunt rationibus diversis, quum aliae ei formam darent interrogativi (ut Latinum qui, Germanum welcher), aliae e demonstrativo efficerent relativum affixis particulis relativis, ut Gotica ei, Slavica že, aliae ipsum demonstrativum relative usurparent, ut Germanum der, die, das.

Jam si quaeritur de pronomine rel. Graecorum, utrum ex interrogativo an e demonstrativo ortum sit, utriusque sententiae exstiterunt auctores et defensores. Ac prior quidem est Savelsbergii[4]) ὅς, ut sanscritanum jas, pro Ϝός, hoc autem pro κϜός positum dicentis, altera G. Curtii[5]) ὅς ex jός ortum censentis, quam suam fecerunt Schleicher[6]) et Sonnius[7]).

Tertiam adjecit Lottner[8]), qui propriam relativi stirpem sva eandem quae appareat in Gotorum particula sve (wie) supposuit ὅς e σϜός ortum ratus. Quarum unice vera mihi videtur altera. Lottneri enim sententia improbanda est propter eam quam supra dixi causam, quia stirpem relativi propriam fuisse credibile non est. In prima autem hoc offendit quod vix ratio poterit reddi probabilis, quomodo κ litera, Graecorum auribus quum maxime consueta, sit abjecta, Ϝ vero, quae ab initio non admodum valida fuit, se obtinuerit. Quas vero Savelsbergius contra Curtium movit offensiones, facillime dilui possunt: quod enim ille nisi Ϝ littera supposita explicari posse non credidit, id optimum habet explicatum, etiam si j litteram ab initio positam fuisse putamus. Forma autem FOTI, quae semel in titulo Locrensi edito illo a L. Rossio a. 1854 occurrit, parum valet, nam ut revera legatur, id quod nondum omni ex parte constat, etiam aliud exemplum ΤλασίαϜο ex inscriptione Corcyraea a Curtio allatum est, in quo non

4) Zschr. f. Vergl. Sprforsch. VIII, 408.
5) Jahn's Jahrbb. LXXI, 354. Gr. Etym. I, 363 sq.; II, 177.
6) Compendium der vergl. Gr. I, 180 d.
7) Zschr. XII, 273 A.
8) Zschr. IX, 320.

Ϝ, sed j literam supponendam esse pro certo haberi potest. Quae vero mihi videtur causa summa, stirps altera a τ litera incipiens, e qua formae pronominis rel. in dialectis ionica, dorica, aeolica derivantur, aperte ad pron. dem. (ta) referenda est aeque atque nostrae formae der, die, das.

Itaque equidem Graecum ὅς, ut Sanscritanum jas repetendum duco a stirpe pronominis dem. i, quae eadem apparet in Latinorum pronomine is, Slavorum i (Fem. ja), Litavorum jis, significationemque illius proprie non relativam, sed demonstrativam fuisse. Cujus vel in ipsis linguae monumentis quae quidem ad nos pervenerunt apparent vestigia atque ea quidem non solum in vetustissimis, carminibus Homericis, verum etiam in prosa oratione aetatis posterioris. Testes sunt formulae Atticae καὶ ὅς (ἥ, οἵ) et ἦ δ' ὅς gravioresque Homericae ὃς (ὃ) γάρ, οὐδ' ὅς, μηδ' ὅς.[9] Nec vis proprie demonstrativa latet in structuris Homericis, in quibus enuntiationem rel. apodosis per conjunctiones τε aut δέ inducta sequitur, ut

Il. α, 218 ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ

vel Od. τ, 330 ὃς μὲν ἀπηνὴς αὐτὸς ἔῃ καὶ ἀπηνέα εἰδῇ,

τῷ δὲ καταρῶνται πάντες βροτοὶ ἄλγε' ὀπίσσω.

Cf. Od. μ, 41. λ, 147.

Luculentissimum autem documentum hac re continetur, quod in carminibus Homericis magna pars enuntiationum rell. a vi demonstrativa non multum fereque nihil recessit, vix ut decerni possit, sitne forma pro relativa an pro demonstrativa habenda, velut

Od. δ, 349 ἀλλὰ τὰ μέν μοι ἔειπε γέρων ἅλιος νημερτής,

τῶν οὐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ἔπος οὐδ' ἐπικεύσω.

Cf. Il. γ, 123. β, 690. ζ, 490. η, 138. ε, 423. φ, 457. ε, 325. Od. κ, 139. γ, 391; ι, 453; η, 271; γ, 84; η 382; σ, 145; δ, 586.

In universum autem in carminibus Homericis jam invaluit junctura syntactica: paratacticae tantum sunt reliquiae eaeque potissimum in similitudinibus, qualis est Il. δ, 140 sq.

---

9) Cf. Od. α, 286 ὃς γὰρ δεύτατος ἦλθεν. Il. μ, 344. ψ, 9. Od. ω, 190 ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων. Il. φ, 198 ἀλλὰ καὶ ὃς δείδοικε. Il. χ, 201 ὣς ὃ τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσὶν οὐδ' ὃς ἀλύξαι. Il. ζ, 59 μηδ' ὃς φύγοι. Cf. Od. δ, 653.

ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα παρήϊον ἔμμεναι ἵππων·
κεῖται δ' ἐν θαλάμῳ, πολέες τέ μιν ἠρήσαντο
ἱππῆες φορέειν, βασιλῆι δὲ κεῖται ἄγαλμα
ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος·
τοῖοί τοι κτλ.

Ejus autem quam supra tertio posui loco juncturae vestigia sunt si minus in Iliade, certe, ut infra ostendam, in Odyssea, quamvis rara atque finibus circumscripta angustis. Sub aetatem vero bellorum Persicorum haec ultra initia illa Homerica progressa in dies crescere coepit atque cum altera illa syntactica usque ad exitum litterarum Graecarum antiquarum regnavit.

Atque hujus quidem quales fuerint vicissitudines hac commentatione exponere mihi est propositum.

Quod priusquam aggrediar, quaerendum videtur, sitne ea quam nunc dicere consuevimus pronominis relativi assimilatio linguae Graecae propria necne.

Ac linguas quidem quae nunc vigent si consideramus, ejus quam nos quaerimus attractionis vestigia deprehenduntur nulla;[10]) quin etiam in Graecorum lingua recentiore ea interiit, ac nonnullas earum, ut Anglicam, haud raro ad pristinam illam παράταξιν redire videmus, non quo pronomine rel. carerent, sed quia omiserunt.[11])

Alia vero res est in linguis antiquis: quarum nonnullae attractionem Graecae non solum similem, verum etiam comparem exhibent.

Atque initia quidem ejus occurrunt in linguis S e m i t i c i s, S y r i a c a

---

[10]) In locutione Gallica: *Malheur à qui le voudra*, non esse attractionem, sed ellipsin pronominis dem. *celui* cernendam recte animadvertit Steinthalius (Zschr. f. Völkerpsych. I, 168); quod vero is in structura *c'est à vous à qui je veux parler*, *à qui* pro *que* attractionis vi positum dixit, equidem probare non possum. Immo vero videtur dativus *à vous* accommodatus ei qui sequitur dativo pronominis rel. *à qui*. Nec vero magis in locutione Anglica, qualem exhibet locus Shaksp. Macb. I, 5 *being ignorant of what greatness is promised thee*, attractionem cerni Kruegero de attr. § 105 concesserim, sed totam enuntiationem *of what greatness is promised thee* a praepositione *of* suspensam dixerim pariter atque in lingua Graeca, ut apud Platonem οὐ περὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὅντινα τρόπον χρὴ ζῆν.

[11]) Multas alias linguas congessit *Hoefer* Zschr. f. d. Wissensch. d. Spr. I, 342.

et Arabica: de quibus quod pro explorato habent grammatici nunc quam fieri poterit brevissime attingam.

In lingua Syriaca accidere aliquid Graecae assimilationis simile animadvertit Uhlemannus (Elementarlehre der syr. Spr. § 56, 3). Quum enim in ea casus obliqui pronominis rel. syllaba verbo suffixa significentur, fit nonnunquam, ut verbum suffixum ejus casus nanciscatur, quo positum est nomen ad quod pron. rel. refertur, ut in interpretatione ev. Joh. 4, 14 (τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ) quod positum est verbum Syriacum suffixum genitivi accepit, siquidem nomen ad quod pron. rel. refertur hoc casu positum est, quamquam verbum enuntiationis rel. accusativum requirit. Patet autem quantum sit discrimen inter hanc et Graecam attractionem. In Graeca lingua pronomen rel. ipsum mutatur, in hac vero immutatum remanet omninoque non pron. rel. ad nomen antecedens attrahitur, sed hoc hanc habet vim in verbum enuntiationis rel., ut ei suffixum ejus casus proprium, quo ipsum positum est, obtrudat.

Paulo major est similitudo attractionis ejus, quam in Arabica lingua observaverunt grammatici (Ewald gramm. crit. l. arab. § 715, 1. Kosegarten gramm. l. arab. § 107, b p. 465). Cernitur enim in ea casuum quaedam concordantia nominis et pronominis rel. nec tamen nisi in duali numero, quia is solus formam casuum obliquorum a nominativo distinctam habet. Utar exemplo e Kosegartenii libro depromto. In enuntiatione latine sic reddenda: *recitavit duos illos versiculos, qui silentium imposuerunt cuivis loquenti* Hariri non casum rectum pronominis rel., sed obliquum posuit. Antecedente substantivo in casu obliquo dualis numeri posito pronomen rel. non ea qua solet casus recti, sed ea quae propria est casuum obliquorum forma ponitur. Quum autem in hac lingua casuum obliquorum omnium forma sit communis, non tam singulorum, quam generis casuum obliquorum exsistit attractio.

In lingua Hebraica nihil simile, immo vero contrarium videmus evenisse, siquidem pron. rel. אֲשֶׁר saepissime deest, ubi nos id necessarium ducimus. Pro eo quod graece diceretur ἀρχὴ ὧν ἔλεξεν ὁ θεός scripsit Hosea 1, 2 תְּחִלַּת דִּבֶּר יְיָ (ἀρχὴ ἔλεξεν ὁ θεός) hac una re quod nomen תְּחִלַּת in statu constructo positum est genitivi ratio-

nem inter nomen et enuntiationem rel. intercedentem indicans. [12])

Jam si linguas Graecae cognatas, quas nunc Indoeuropaeas appellare consuevimus, consideramus, in Sanscritana, Persica, Celtica, Slavica, Litavica ejus quam nos quaerimus attractionis exempla neque grammatici protulerunt neque quos ego de hac re adii viri in his litteris versatissimi Stenzler, Schleicher, Delbrückius se legere meminerunt.

In lingua Persica casus pronominis rel. omnino non distinguuntur[13]), in Sanscritana attributorum longe pleraque vis ope compositorum[14]), in Slavica per participia exprimitur. Alia res est in linguis Germana et Latina.

Atque a priore ut exordiar, recondita in ea attractionis vestigia eruit primus, qui parens est grammaticae nostrae, Jacobus ille Grimmius in commentatione egregia, quae cum summo omnium qui in his studiis versantur commodo publici juris facta est in actis academ. scient. Berol. class. phil. hist. 1858 p. 1—33, repetita et aucta in opusculorum vol. III. p. 312—348 sub hoc titulo: *Ueber einige Fälle der Attraction im Deutschen.* Ex quo ne colligas illum nonnulla tantum observata nobiscum communicasse, omnia attractionis genera inde a primis litterarum nostrarum exordiis, si quae deprehenduntur, cum incredibili doctrinae ubertate persecutus est. Quum autem ex consuetudine sua quaerere atque rimari quam comparare atque rem expedire maluerit, de ea attractionis parte, quam nos nunc quaerimus, paulo fusius disputare mihi consentaneum videtur.

Sunt jam in Gotica, quae Ulphilae assignatur, interpretatione Novi Testamenti exempla haud rara[15]) assimilationis pronominis rel. ejusdem quam in Graeca lingua habemus. Sufficiant exempla duo,

---

[12]) Cf. Gesen. hebr. Gr. § 121, 3 A. 1. Ewald Lehrgeb. § 334.

[13]) V. Spiegel, Gramm. der Altbaktr. Spr. § 293. Keilinsch. § 73.

[14]) Contra alterius attractionis generis, qua nomen substantivum casum pronominis rel. antecedentis induit, exempla sunt in lingua Sanscritana, atque ea quidem, ut Delbrückius mecum communicavit, jam in Vedis: sed de hoc genere alias.

[15]) Exemplis a Grimmio collectis addendum erit unum Luc. 2, 20 *hazjaudans guth in allaize thizei gahausidedum jah gasehvun.*

unum in quo enunt. rel. attributivum sensum habet, Luc. 18, 12 *afdailja taihundôn dail allis thizei gastalda* (ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι), alterum in quo enunt. rel. substantivi vicibus fungitur, Luc. 9, 36 *jah mann ni gataihun in jainaim dagam nivaiht thizei gasêhvun* (καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν). Ac quominus hunc usum Graecae structurae imitatione contineri arbitreris obstant complures causae.

Ac primum quidem adhibitam eam videmus minime iis tantum locis, quibus etiam in Graeco textu extat, immo vero multo pluribus, quibus illic adhibita non est, ut Marc. 15, 12 *hva nu vileith ei taujau thammei qithith thiudan Judaiê?* τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Marc. 7, 5 *duhvê thai sipônjôs theinai ni gaggand bi thammei anafulhun thai sinistans?* διὰ τί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσιν κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; (Vulg. *juxta traditionem seniorum*), proprie ἐν οἷς παρέδοσαν οἱ πρεσβύτεροι. Col. 1, 24 *nu faginô in thaimei vinna*, νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν, proprie ἐν οἷς πάσχω (Vulg.[16]) *nunc gaudeo in passionibus*). Nonnunquam autem sane in Graeco textu attractio obtinet sed alio casu atque in Gotica interpretatione, ut Joh. 7, 31 *ibaiei managizeins taiknins taujai thaimei sa tavida?* μὴ πλείονα σημεῖα ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησε; Recte se habet *thaimei* dativus, quandoquidem in lingua Gotica partes casus comparativi, qui est in Graeca genitivus, in Latina ablativus, dativus tenet. Sed est etiam quod fines ejus de qua nos nunc agimus attractionis latius patere dicamus in lingua Gotica quam in Graeca. Quum enim in hac accusativus fere solus pronominis rel., rarissime tantum nominativus attractionem expertus sit, in illa nominativus non rarius quam accusasativus casum nominis antecedentis vel verbo enuntiationis primariae flagitatum induit. Nominativi assimilati exempla sunt haec tria in Pauli epistulis: Col. 3, 2 *thaimei iupa sind frathgaith ni thaim, thoei ana airthai sind*, τὰ ἄνω φρονεῖτε (Vulg. *quae sursum sunt sapite*). Col. 4, 16 *ei jah thoei ist us Laudeikeiôn jus ussigg-*

---

[16]) Neque in Vulgata neque in vetere latina evangeliorum interpretatione e codice Rehdigerano nuper primum edita a Fr. Haasio hujus attractionis occurrunt vestigia.

vaid, ἵνα καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε (Vulg. *ut eam quae Laodicensium est vos legatis*) Gal. 2, 2 *aivaggêli, thatei mêrja in thiudôm, ith sundrô thaimei thuhta*, εὐαγγέλιον ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσιν, κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσιν (Vulg. *seorsum autem his qui videbantur*). Quae si intuemur, ne eam quidem legem in iis observatam intellegimus, qua astrictus fuit usus in lingua Graeca, dico hanc, ut nominativus pronominis rel. casui nominis non assimilaretur nisi ita, ut pronomen rel. esset generis neutrius numeri pluralis, verbum autem enuntiationis rel. esset passivum aut intransitivum, ut Her. I, 78 οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ Σάρδεις, Dem. de rebus in Chers. § 67 τῇ ὧν προσῆκε παρασκευῇ καταγέλαστοι. Ps. Hippocr. περὶ γυναικείων I. c. 30 (II. p. 561 Erm.) ὑπὸ παθημάτων ὧν εἴρηται ἐν τῇ τὰ καταμήνια ἀφιείσῃ.[17]). In Goticis vero exemplis non solum nominativum pronominis rel. generis neutrius numeri pluralis, sed etiam generis masculini et feminini numeri singularis attractionis compotem videmus.

Sed jam nos vocat quaestio sitne omnino in hac Gotorum structura attractio agnoscenda necne. Adnotavit enim Grimmius (opusc. III. p. 315 n.) non omnes suae esse sententiae, sed censere quosdam formam pronominis non pro relativa, sed pro demonstrativa habendam, vim relativam unice *ei* particula contineri, velut in enuntiato *nivaiht thizei gasehvun* (οὐδὲν ὧν ἑωράκασιν) genitivum pronominis dem. contineri priore syllaba pronominis *thizei*, relativum altera *ei*. At formas *thizei*, *thammei*, *thaimei* reliquasque casus pronominis relativi esse apparet primum hac re, quod unam efficiunt formam non sine certis formae demonstrativae permutationibus (*thizei* pro *thisei*, *thizei* pro *thizeei*, *thammei* pro *thammaei*, *thanei* pro *thanaei*, *thatei* pro *thataei*), deinde quod *ei* non est pronomen rel. cujusvis casus vices gerens, sed particula rel. cum demonstrativo in unum confusa. Illa enim sententia si esset vera, *saei* esset non solum *hic qui*, sed etiam

---

[17]) Locus unus, qui cum Goticis exemplis facere videri possit, attractionis testimoniorum numero omnino eximendus est. Non enim dativus ᾧ positus ille de conjectura a Casaubono pro librorum scriptura ὥς, sed nominativus ὅς scribendus est cum editoribus recentioribus Theophr. char. 18 (28), 2 καὶ τὸ ἱμάτιον ἐκδοῦναι δεινὸς οὐχ ὃς βέλτιστα ἐργάσεται.

hic cujus, cui, quem, thizei non solum *hujus cujus*, sed etiam *hujus qui, cui, quem, quod*, id quod totum contra est. Itaque ego non dubito quin revera illae formae sint casus pronominis rel. assimilati, etsi non opus est, ut infra accuratius exponam, cum Grimmio dicere pronomen dem. revera intercidisse. Omnino hoc necessarium non erat, siquidem enuntiatio rel. nominis vi induta a nomine vel verbo enuntiationis primariae ita attracta est, ut etiam casum illius vel ab illo flagitatum acciperet. Nec vero non manifestum est inferiorem gradum in scala enuntiationum rell. tenere Goticam linguam si comparetur cum Graeca. Goticum enim pron. rel. ortum est ratione quam dicimus mechanicam, quippe quod e demonstrativo et relationis particula *ei* compositum sit[18]); Graecum autem organice ex ipso demonstrativo ortum vel ipsum demonstrativum est.

Contra Graecae par est pronominis rel. non solum formatio sed etiam assimilatio in dialecto theotisca vetere et media, quas nos dicimus *Althochdeutsch* et *Mittelhochdeutsch*, siquidem in his ipsum pronomen demonstrativum nulla relationis particula adjecta relativam significationem accepit ac saepe casum a nomine vel verbo enuntiationis demonstrativae postulatum induit. Ac plane quae in his litterarum monumentis apparet assimilatio cum Gotico usu congruit, quum ea in nominativo pron. rel. aeque atque in accusativo cernatur, nisi quod inde a saeculo XII. exempla nominativi assimilati rariora fieri coeperunt. Itaque Graecum usum superant loci quales sunt in vetere evangelii secundum Matthaeum interpretatione, c. 12, 48 *er antwurta demo za imo sprach* (respondit illi qui locutus est), 13, 45 *auch ist galîhsam himilôrîhhe demo suohhenti ist (quaerenti)*, 25, 9 *gât ûz za dêm iz farchaufent (ad vendentes)* 26, 71 *quad za dêm dâr wârun (his qui erant ibi)*, in carmine Muspilli,

18) Non in unam coaluerunt formam, sed per se constant in dialecto quae dicitur Altnordisch. genitivus pronominis dem. et relationis particula *er*. V. Grimm Gr. III, 22. M. Heyne Gramm. d. altgerm. Stämme I, 336. Itaque non vera attractio est agnoscenda locis quos Grimmius (opusc. III p. 318 n.) attulit, Sn. 136: *kom til dvergs thess er heitir Andvari*; 140 *âtti hest thann er Goti heitir.* 137 *that gull skyldi verda thess bani er âtti; er* casus pronominis rel. vices gerit aeque atque in dialecto vetere Saxonica *thar*, ut in carmine quod inscribitur Heliand 72, 8 *bôtta them thar blinde wârun* et 105, 14 *lêth was that suitho allon thêm ando thêm thar quâmun.*

in interpretatione Isidori, apud Otfriedum et Notkerum plurima, in Nibel. 1331, 4: *si gedaht ouch maneger leide*
der ir dâ heime geschach.
1667, 1: *nu sit willekommen*
swem iuch gerne siht.

cf. Eilhart (Fundgr. 1, 236). Iwein 6347. Lampr. Alex. 3228. Freid. 18, 14. Ms. 1, 52^a; 2, 138^b. Stricker Karl 9666. Daniel 53^b. Wartburgkrieg Str. 72. Unum alterumve exemplum etiam in recentiorem dialectum, quae dicitur *Neuhochdeutsch*, transiit, ut in juris formula anni 1483 (Grimm Weisth. 1, 65) *mit dem nechsten vattermagen oder dem darzu erkosen wird* et in vetere interpretatione Job. 12, 10 *das in seiner hand ist die seele alles des da lebet* (V. Grimm l. l. p. 322), quum in universum eam sub finem aetatis mediae abolevisse judicandum sit[18]).

Quod vero omnibus his Germanis exemplis cum Graecis commune est, attractionem non perpessae sunt nisi enuntiationes rell. eae, quae unius nominis sive substantivi sive adjectivi vices gerentes ita circumscribi possunt, ut participium verbi ejus quo enunt. rel. continetur eodem quo pron. rel. assimilatum casu ponatur.

Sed haec hactenus. Jam pergamus ad vestigia attractionis ejus quam nos quaerimus in lingua Latina eruenda. Quibus sane defuit Grimmius. Quae hucusque de ea exploraverunt grammatici haec sunt.

Ac primum quidem quum haec structura nunquam apud Romanos consuetudine recepta fuerit, factum est, ut quidam, e. gr. Goerenzius (ad Cic. de fin. I., 8, 29) et Horatii editores quos perstringit Bentlejus ad Hor. S. I, 6, 15, eam Latinam esse negarent. Et profecto exempla Ciceroniana, quibus primus ni fallor Jacobus Gro-

---

[18]) Contra alterum genus, quod etiam in lingua Sanscritana extare supra (not. 14) adnotavimus, cujus est testimonium celeberrimum illud Fischarti Gargant. 85^b
den liebsten bûlen den ich hab,
der leit beim wirt im keller,
hoc vel illo exemplo etiam hujus aetatis servatum est, ut in carmine populari in Ludovicae Borussorum reginae mortem composito,
meinen tod den sie beklagen
ist für sie gerechter schmerz.

novius (ad Cic. l. l.) eam comprobare conatus est, nihil ad hanc rem faciunt, quippe quae, ut jam Reisigius (schol. lat. § 344 p. 624) intellexit, alius sint generis. Aptiora protulerunt Davisius ad b. Afr. c. 41, 3, Burmannus ad Suet. Calig. c. 43, Bentlejus ad Hor. l. l. atque hic quidem sagacitate ductus admirabili primus huic usui leges scribere ausus est (emend. ad Cic. Tusc. V., 14). Cujus notae vellem memor fuisset Madvigius (ad Cic. de fin. l. l. et in gr. lat. § 326, b.), qui quum et ipse hunc usum ad certas leges revocare studeret, unum tantum genus tetigit, alterum idque frequentius totum praetermisit. A Cicerone abjudicatum tantum poetis prosaicisque poeticum colorem sectantibus hunc usum concessit Reisigius l. l. Nihil novi attulerunt Zumptius gr. lat. § 774, Krueger de attr. § 106 p. 259 sq. quique novissimus de hac re verba fecit H. Bockschius in diss. *de casuum quam dicunt attractione apud Plautum et Terentium*, Vratisl. 1865 p. 17 sq.

Nolo nunc formas quivis et quilibet accuratius persequi: melius de his dicetur infra quum ad structuram Graecam his congruam ὃς βούλει pervenerimus.

Itaque nunc optimum duco omnia quae in promtu habeo exempla deinceps proferre ita ut ab initiis litterarum Romanarum exorsus ad tempora postrema descendam. Desunt autem exempla in vetustissimis monumentis: in reliquiis Enni, comicorum, tragicorum, apud Plautum. Primum apparet vestigium in Terentii Heaut. I, 1, 35 ME. *Scire hoc vis?* CH. *Hac quidem causa, qua dixi tibi.*[19]) Apud Ciceronem extare exempla nulla assentiri non queo Reisigio, etsi probavi quod locos a Gronovio allatos huc facere negavit et de fin. I, 8, 29 (*probabo, inquit, modo ista sis aequitate quam ostendis* non ablativum *qua* tantum in Victorii libro extantem, sed accusativum *quam* reliquorum optimorum librorum consensu commendatum recte se habere arbitror. Nam ad Att. X, 8, 7 nihil est cur Medicei optimi libri mutemus scripturam: *nos tamen hoc confirma-*

---

[19]) Injuria Bockschius p. 18 hunc locum numero attractionis testimoniorum exemtum cum Heaut. IV, 3, 42 *quo velis in tempore ut te exsolvas* composuit. Nam primum Chremes hac sese causa scire velle antea nondum dixit, deinde quis unquam profert quae cogitat ita: scire volo hac causa qua me scire velle dixi tibi.

mus illo augurio quo diximus, quae non solum a similitudine loci quem modo commemoravimus Terentiani commendationem accipit, sed etiam altero Ciceronianarum epistularum loco confirmatur. Atque is quidem est in Luccei epistula ad fam. V, 14, 1 *cum scribas et aliquid agas eorum quorum consuesti*, sc. *agere*.[20]) Infinitivi ellipsis eadem adhibenda est loco simillimo Arist. Thesm. 398

δρᾶσαι δ' ἔθ' ἡμῖν οὐδὲν ὧνπερ καὶ πρὸ τοῦ ἔξεστι

atque ut hic *eorum quorum*, ita τούτων ὧν cumulatum exhibent loci Arist. Ach. 152. Nub. 942. Vesp. 561. 588.

Apud Sallustium et Cornelium Nepotem exempla nulla, nullum in Caesaris bello gallico, unum in bello civili: III, 15 *cum essent in quibus demonstravi angustiis*, de quo idem quod de Terenti loco dicendum est. Alterum ejusdem libri III, 69, 3 exemplum Davisio (ad b. Afr. c. 41, 3) detrahendum censeo verba cum Nipperdejo (v. praef. p. 179) sic scribenda ratus: *dextrum cornu, ne intra munitionem opprimeretur, ea parte quam proruerat, sese recipiebat*, etsi libri *qua* exhibent. Hoc enim *qua* pro *ubi* dictum putare nos vetat sententia, et loco accusativi *quam* quominus positum statuamus, obstat lex qua attractionis usus in lingua Latina adstrictus est. Fuit enim in hac accusativus pronominis rel. attractioni non obnoxius nisi qui penderet ab infinitivo omisso aut a verbo dicendi vel sentiendi.

Contra tria sunt exempla in bello Africano: c. 41, 3 *in eo loco quo paulo ante commemoravi ante oppidum constitit*, in quo libri praestantes *quo*, deteriores *quem* praebent, cujus originem jam Davisius sciolis auctoris manum temere mutantibus tribuit: c. 69 *atque eadem ratione qua ante dixi in Caesaris legionarios impetum faciunt Numidae*, in quo solus Leidensis pr. (b) *quam* habet; c. 96 *ibique Scipio cum quibus paulo ante nominari interiit*, in quo unus Leidensis pr. (b) verum servavit *cum quibus*, quum scriptura Parisini sec. (a) *cum quos* aperte falsa sit — nam praepositionem

---

20) Recte Madvigius l. l. *quorum* genitivum partitivum esse negavit, quod partitiva notio ad relativum non pertineret; minus recte Reisigius Luccejum poeticam structuram sectatum esse contendit; Kayseri conjectura *eorum quae* improbanda est.

nullus alius casus sequi debet nisi quem haec regit —, vulgata autem *cum iis quos* manum correctricem prae se ferat.

Apud poetas aetatis Augusteae sunt exempla duo: unum apud Horatium Sat. I, 6, 15 *notante*

judice quo nosti, populo, qui stultus honores
saepe dat indignis et famae servit ineptus.,

alterum apud Ovidium Trist. V, 6, 36

Elige nostrorum minimum minimumque laborum:
Isto quo reris grandius illud erit.

Atque priore quidem loco verba *judice quo nosti* idem fere valere atque *judice tibi noto* docent quae sequuntur: *qui stultus honores saepe dat indignis etc.* Madvigius ut hoc loco structuram sensui parum aptam supponeret hanc, *quem judicem esse nosti.*, falsa ductus est opinione quod casum pronominis rel. attractum semper ab infinitivo supplendo pendere statuit. Nec vero ullo pacto probanda ratio Bockschii (l. l. p. 20) contortissima ita structuram explanantis: *notante (eo) judice quem (vel qualem) tu eum (sc. populum) notare nosti.* Tale pronomen rel. non objecti, sed praedicati vices gerens nunquam attractioni obnoxium videmus.

Cum hoc cognatus est locus Ovidii, quo attractionem equidem statuere non dubito, quamvis qui novissimus Tristium fecit recognitionem diligentissimam Rudolphus Merkelius aliter de eo senserit. Scripsit enim is non *quo reris*, sed *quod reris.* Quarum lectionum utra sit praestantior ut decernamus, codicum memoriam perpendamus necesse est. Palatinus primus, qui omnium optimus habetur, cum nonnullis deterioribus praebet *quo quereris*, a quo vix diversum *quo qreris* quod est in Gothano libro huic proximo; Bernensis cum nonnullis interpolatis *quod quereris*; quod scripsit Merkelius *quod reris* tantum est in uno codice Relandino qui est e genere interpolatorum; denique quod ante illum scriptum erat mihique probatur *quo reris* est in excerptis Angeli Politiani (a) factis illis e codice vetustissimo.[21]) Quem ut hoc loco sequar, me hae causae permovent. Quominus scribamus quod est in Palatino et Gothano, obstat

---

[21]) V. Merkelii Praef. p. XXXIII.

quod *querendi* verbum in hunc locum omnino non quadrat. Ratione autem ea qua diversas codicum scripturas ex una *quod reris* derivare studuit Merkelius,[22]) nihil cogitari potest veri dissimilius, utpote qua dispici omnino non queat quomodo *quo reris* et *quo quereris* orta sint. Contra prosperrime haec res cedit, si *quo reris* in archetypo fuisse statuimus: unde fluxerunt errore facillimo *quo quereris* et manu correctrice librarii hujus structurae parum gnari *quod reris* et *quod quereris*, ut est revera in Gothano *vel quod* superscriptum. Itaque hoc loco hanc supponere placet structuram: *grandius illud erit isto quod* (*grande esse*) *reris.*, quae neque a sensu neque ab attractionis legibus ullam offensionem habet.

Prosaicorum aetatis Augusteae scriptorum duo attractionis exempla praebent, Vitruvius et Livius; ac prior quidem unum II, 1, 25 *spatio inter eas relicto quanto arborum longitudines patiuntur, collocantur in extremis partibus earum. Quanto* quum contineatur codicibus Gudiano (G) saec. XI et Harlejano (H) saec. IX, qui si conspirant, consensum omnium codicum repraesentant, dubium esse non potest quin recte se habeat,[23]) reputanti infinitivum *relinquere* vel *relinqui* in enunt. rel. ad *patiuntur* esse supplendum.

Tria sunt exempla in Livii historiis: I, 29, 4 *raptim quibus quisque poterat elatis exibant* i. e. *elatis iis quae quisque poterat efferre*, non *elatis quibus elatis quisque poterat exire*, ut perversissime Perizonius ad Sanct. Min. IV, 2 not. 2 interpretatus est.

IV, 39, 9 quibus poterat sauciis ductis secum ignarus quam regionem consul petisset, ad urbem pergit;

X, 40, 8 mulos inter ipsam dimicationem quanto maxime posset moto pulvere ostendere jubet.

Contra attractio agnoscenda nulla loco quem Weissenbornius ad Liv. I, 29 ut ejusdem generis citavit, XXXII, 10, 5 *si quas quererentur belli clades eae civitates, cum quibus bellatum foret,*

---

[22]) „Peccatum in interductu primum fuisse puto ita: *quod; reris;* inde autem factum: *quoq; reris.* Confirmat hanc suspicionem Gothanus, in quo: *quo qreris* extat et suprascriptum *vel quod.*“

[23]) Sic nunc ediderunt Val. Rosius et H. Müller, perperam Lorentzenius *quantum.*

arbitrio quo vellent populorum cum quibus pax utrisque fuisset, se usurum: nam ablativus *quo* non pro accusativo *quod* positus est, sed ab infinitivo supplendo *uti* pendet aeque atque locis iis quos Fabrius ad Liv. XXI, 62, 7 et O. Schneider J. J. 52, 282 collegerunt. Neque alia ratio adhibenda videtur loco quinto XXV, 32 *ibi Cn. Scipio cum quibus antea dictum est copiis substitit.* Nam explodendam esse opinionem Kruegeri verba *cum quibus antea dictum est copiis* per attractionem pro *cum copiis quas antea dictum est eum accepisse* posita esse putantis nemo non concedet. Nec vero rectius judicaret qui ea ad similitudinem structurae Graecae σὺν οἷς εἴρηται dicta arbitraretur, quandoquidem structura ad quam haec revocanda ἃ εἴρηται a lingua Latina semper aliena fuit. Et quoniam infinitivum perfecti *substitisse* supplere per sententiam non licet, amplectenda videtur haec ratio, ut e verbo regenti *substitit* in enuntiatione rel. cogitatione repetamus infinitivum futuri: *eum substiturum esse.*[24])

Neuter horum locorum teneretur finibus quibus attractionis usum apud Livium circumscriptum videmus artissimis. Admissa enim ea est tantum in enuntiatione rel. quae ellipsi infinitivi ad formam verbi auxiliaris *posse* supplendi continetur quaeque ad ablativum absolutum refertur, ita ut aut subjecti ipsius locum teneat aut hujus attributum efficiat.

Non frequentiora sunt attractionis exempla apud scriptores aetatis argenteae, Plinium Majorem, Gellium, Suetonium. Quorum primus eam non adhibuit, nisi in enuntiatione rel. quae ad nomen substantivum ablativo positum refertur huic praegressa quaeque verbi *dicendi* prima persona (*diximus*, *dicemus*, *dicetur* sc. *a nobis*) continetur.[25])

---

[24]) Accuratius id videtur quam quod Bockschius l. l. p. 18 priore loco supplendum proposuit: *eum remansurum esse.*

[25]) Congesti sunt loci a *Mayhoffio*, collega amicissimo, in Miscellan. philol. libello, quem in Fr. Haasii honorem edidit societas Latina Vratislaviensis, Vratisl. 1863 p. 35. Quibus addendus est unus XVI, 196 *haec qua diximus ratione fluviata decorticatur*, detrahendi duo, XVI, 126 „*quibus diximus modis*", qui l. l. non extat et XVIII, 125 *serere eos qua velis terra licet*, de quo idem quod de Liv. XXII, 20, 5, quem supra laudavi, statuendum est.

Atque ut exordiar ab exemplo in quo nulla attractionis controversia esse possit, *XII, 102 longe autem optimam Petraeam ex quo diximus oppido nigro cortice, nucleo candido*, verba *ex quo diximus oppido* nihil aliud significare possunt quam *ex eo oppido quod diximus*, ut supra b. Afr. c. 96 *cum quibus paulo ante nominavi.* Huic proximus est locus XVI, 196 *haec qua diximus ratione fluviata decorticatur*; nam quominus de hac struendi ratione cogitemus: *ratione qua diximus sc. eam fluviari*, ut omittam *fluviandi* verbum esse novum, hoc ipsum officit, quod qua id fiat ratione Plinius omnino in antecedentibus non exposuit. Ejusdem sunt generis XVIII, 68 *Gallia et Hispaniae frumento in potum resoluto quibus diximus generibus spuma ita concreta pro fermento utuntur* et XVIII, 314 *in his temporum intervallis opera rustica rapa, napos serere quibus diximus diebus.* Quod vero de enuntiato *quo (quibus) diximus* statuimus, id non est quod negemus de enuntiato tempore futuro *quo (quibus) dicemus* comprehenso, XV, 94 *laudatior Corelliana et ex ea facta quo dicemus in insitis modo Etereiana* et XVI, 39 *copiosiorem dat haec resinam quo dicemus modo.* Ratione tantum contortissima quispiam ad hanc structurae explicationem confugiat: *laudatior facta modo eo quo id fieri dicemus in insitis.* Atque propter horum locorum similitudinem inter attractionis exempla referre non dubito *VI, 181 is oppida eorum expugnavit quae sola invenimus quo dicemus ordine: Pselcin etc*; III, 19 *primi in ora Bastuli, post eos quo dicetur ordine intus recedentes Mentesani, Oretani, Carpetani;* III, 22 *post eos quo dicetur ordine intus recedentes radice Pyrenaei Ausetani, Titani* etc.: quorum duobus proximis si quis *quo* ablativum ejusdem generis atque *ordine* habere vellet, non *dicetur*, sed *dicentur* ponendum fuit. Qui vero debebat esse nominativus *qui*, eum ad similitudinem nominis in ablativum *quo* mutare Latinos non reformidasse documento est quem supra laudavi locus Livii X, 40, 8 *mulos quanto maxime posset moto pulvere ostendere jubet* quique huic est simillimus Suetonii Calig. c. 43 *contracto et omnis generis commeatu quanto nunquam alias iter ingressus est.* Idem autem valet *quo dicetur ordine* (sc. *a nobis*)

atque quod primo horum trium locorum Plinianorum extat *quo dicemus ordine.*

Cum Plinio consentit usus Gellianus, quatenus e tribus locis colligi potest: I, 3, 28 *Theophrastus autem in eo quo dixi libro inquisitius quidem super hac ipsa re et exactius pressiusque quam Cicero disserit*; I, 25, 16 *ex his quibus dixi vocibus nomen induciarum conexum est;* II, 26, 7 *in his tamen coloribus quibus modo dixisti denominandis non perinde inopes sumus, ut tibi videtur.* Perperam Bockschius l. l. p. 19 cum Kruegero etiam hos Gellianos locos ad infinitivi ellipsin ab attractione alienam revocavit: nam ne his quidem locis a scriptore expositum est, quod illi eum exposuisse fingunt.

Anceps est scriptura loci quarti I, 4, 2, qui in Hertzii editione Teubneriana sic legitur: *Is Julianus super eo enthymemate quod est in oratione M. Tullii, quam pro Cn. Plancio dixit, ita existimavit. Quam* est in Palatino rescripto (A), ablativus *qua*, quem priores editores posuerunt, in Vaticano, Parisino, Rottendorfiano, ut Hertzius mecum liberalissime communicavit. Jam quum hi libri Palatinum illum quamvis vetustate insignem saepe lectionis praestantia superent, lis utra earum praeferenda sit certo dirimi non poterit nisi ità ut attractionis lex, si qua est, diligentissime perpendatur. De qua tu sic habeto.

Si omittimus id genus enuntiationum rell. attractarum, quod ellipsi verbi finiti continetur, ut *quibus poterat sauciis ductis secum*, omnes scriptores attractionem adhibuerunt tantum in enuntiatione rel. comprehensa persona prima aut secunda vel in qua subjectum est aut is qui loquitur aut quem ille alloquitur, ut *dixi diximus*, *commemoravi*, *demonstravi*, *nominavi*, *dicemus*, *dicetur* sc. *a nobis*, *dixisti*, *nosti*, *reris.* Atque haec constans omnium qui attractione usi sunt scriptorum consuetudo tanti mihi videtur facienda, ut locum unum ei reluctantem labem contraxisse non temere conicere mihi videar. Sed accedunt etiam aliae quibus haec suspicio augeatur causae in attractione positae. Neque enim in hunc locum cadit quod omnium, si duo poetarum, Ovidii (*quo reris*) et Horatii (*quo nosti*). excipimus, exemplorum commune est, ut enuntiatio rel.

attracta circumscribi possit participio *commemorato* vel *commemorando* (τῷ εἰρημένῳ vel εἰρησομένῳ, *das erwähnt ist* vel *das erwähnt werden wird*). Denique enuntiationem rel. attractam, plerumque illam pronomine rel. et verbo comprehensam, nunquam additamento quale est *pro Cn. Plancio* auctam videmus. Quae quum ita sint quum non solum a Gelliano, verum etiam Latino attractionis usu hic locus aliquantum discrepet, equidem *quam* scriptura libri vetustissimi reposita hunc locum attractionis testimoniorum numero ablegandum censeo.

Jam supra laudavi locum Suetonii Calig. c. 43 *contracto et omnis generis commeatu quanto nunquam alias iter ingressus est*, in quo ablativus *quanto* ut qui libro praestantissimo Memmiano contineatur editoribus inde ab Oudendorpio probatus est omnibus.

Superest locus Lactantii de mort. persec. 45, 7 *collectis ex proximo quantis potuit militibus*, quo pariter atque locis Livianis quos supra laudavi ex ablativo absoluto *collectis* infinitivus *colligere* in enuntiatione rel. repetendus est.

Haec erant quae in promtu haberem exempla: e quibus nunc summam faciamus.

Ac primum quidem patet duo esse genera enuntiationum rell. attractarum, unum quod ellipsi verbi primarii contineatur, alterum quod suo utatur praedicato: atque hoc quidem frequentius, siquidem exempla 20, prioris tantum 7 numeravimus. Semper enuntiatio rel. attr. unam efficit notionem structura participiali vel adjectivo verbali reddendam: *consuetum*, *licitum*, *(δυνατόν, possibile)*, *dictum*, *notum*, *creditum*. Caret igitur praedicatum additamentis longioribus: hic illic adverbium adjectum est, ut *modo (quibus modo dixisti)*, *paulo ante* (*cum quibus paulo ante nominavi*). Quod Bentlejus praedicatum fere prima aut secunda persona contineri observavit, id tantum de altero genere quod suum habeat praedicatum verum esse supra accuratius exposui. Quod idem *dumtaxat hoc fieri solitum in verbis usus frequentioris* dixit, eo nihil proficimus: verba ipsa supra nominavimus et ad suum quodque genus enuntiatorum rell. retulimus. In altero genere non occurrunt nisi verba dicendi et sentiendi, in priore frequentissimum est verbum auxi-

liare posse. E numero exemplorum perexiguo elucet quam perperam Burmannus ad Suet. l. l. *solitos* esse Latinos pronominis rel. casum nomini antecedenti accommodare dixerit. Omnino non amplius 27 exempla mihi innotuerunt eaque ad paucas illas quas commemoravi formas referri possunt. Ac ne illud quidem probandum, quod Bentlejus (ad Hor. l. l.) et Clarkius (ad b. Afr. c. 41, 3) in hac attractione singularem quandam elegantiam inesse contenderunt. Scriptores qui eam praecipue usurpaverunt, non ex iis sunt qui habentur ob latinitatem emendatam atque perpolitam classici, sed utuntur dicendi genere familiari aut volgari. Apud Ciceronem nullum est exemplum in orationibus et scriptis philosophicis et rhetoricis, unum in epistulis; apud Caesarem nullum in bello Gallico, unum in bello civili, quod non eadem qua illud elegantia atque diligentia compositum esse constat; nullum apud poetas ob orationis venustatem et integritatem laudatos, Lucretium, Catullum, Vergilium, Tibullum, Propertium, sed unum in comoedia Terenti, unum in epistula Ovidii, unum in satura Horatii, quas omnes sermonem vitae cotidianae referre patet. Erravit igitur Reisigius quum totam hanc structuram in poetarum vel poeticum colorem sectantium provinciam redigere voluit. Etiam apud Livium hic illic vestigia dicendi generis familiaris apparere quivis scit. Qui vero praeter ceteros attractionis exempla praebent, auctor belli Africani, Vitruvius, Plinius Major, Gellius, sunt atque habentur auctores testesque dicendi generis volgaris. Lactantius autem, elegantiae ille Latinae arbiter, quo eam admisit loco unico nihil aliud quam Livianam locutionem imitatus est. Cavendum autem summopere ne totam hanc rem fortuitam vel levis momenti arbitreris. Ejusdem enim sermonis vitae cotidianae propria sunt etiam reliqua attractionis huic cognata genera. Exempla casus nominis substantivi pronomini rel. assimilati nusquam crebriora quam apud comicos Latinos[26]), quos secutus etiam Petronius c. 134 dixit *hunc adulescentem quem vides, malo astro natus est.* Nec quisquam huic similem nominis attractionem quam rectius dices anticipationem, qualis est

[26]) V. Bockschium l. l. p. 4 sq.

Lubet Chalinum quid agit scire novum nuptum[27])
gratiorem habuit quam qui popularis testes sunt locutionis, comici. Quod vero nunc de lingua Latina, idem infra de Graeca probabo: etiam in hac exempla attractionis frequentissima sunt non apud poetas epicos et lyricos, sed apud eos qui sermonem vitae Atticorum cotidianae amplectuntur vel dicendi genere tenui et volgari utuntur. Atque eandem fuisse rem, ut in omnibus linguis quae quidem attractionis exemplis non carerent, ita in lingua Germana eo certe tempore quo floreret ac vigeret attractio verissime judicavit J. Grimmius.[28])

Jam ut ad linguam Latinam revertamur, simul ab hac ipsa re normam sumemus ad decernendam quaestionem, utrum attractio ea de qua nos agimus imitatione scriptorum Graecorum contineatur an ex ipsa linguae Latinae natura effloruerit. Nam prior sententia prolata illa a Kruegero l. l. tum demum vera esset dicenda, si attractio usu graecissantium scriptorum teneretur. Quoniam autem in iis monumentis quae Graeci sermonis vim experta sunt nulla reperiuntur exempla, sed attractio propria est litterarum generis quod dixerim cum Hieronymo Latinissimum, quippe quod locutionem popularem et consuetudine cotidiana receptam repraesentet, jure ac merito inde concludemus attractionem Latinam aeque atque Germanam et Graecam non extrinsecus arcessitam, sed nativam atque naturalem hujus ipsius linguae esse propaginem. Nec vero non haec sententia ipsa exemplorum indole confirmatur. Frustra quaeres e Kruegero, quemadmodum explicandum sit, quod genitivi assimilati in lingua Latina non amplius unum est exemplum, quum ea in Graeca longe omnium frequentissima sint, frustra cur dativi in lingua Latina exemplum nullum, quum ea in Graeca frequentia admodum sint. Qui vero in lingua Latina fere solus attractionis vi exstitit ablativus, in Graeca omnino deest. Deinde quam tu dices Romanis causam fuisse, ut quum universum Graecum usum imitandum haberent, eas tantum enuntiationes rell. attractioni aptas ducerent, quae aut ellipsi infini-

---

27) Plaut. Casin. V, 1, 5. V. Bockschium p. 29 sq.
28) Opusc. III, 314.

tivi aut verbo dicendi vel sentiendi continerentur. Tantum abest ut utrumque genus enuntiationum rell. ita in lingua Graeca praevaluerit, ut imitationi praecipuam daret ansam, ut causa cur Latini attractionis usum his finibus coartaverint in hujus ipsius origine atque indole quaerenda sit. Praeter ceteras enim attractioni obnoxia est enuntiatio rel. ea, cujus praedicatum non per se constat, sed aut prorsus deest aut verbo auxiliari continetur, quod ut nullum casum regit, ita ad casum pronominis rel. tutandum minimum valet. Prius vides loco Suetonii *contracto commeatu quanto nunquam alias*, alterum locis Livii et Lactantii (*collectis ex proximo quantis potuit militibus*) Luccei (*agas aliquid eorum quorum consuesti*), Vitruvii (*spatio relicto quanto arborum longitudines patiuntur*). Prior igitur ac vetustior fuit attractio ejus generis enuntiationum rell., quod non plenum habebat praedicatum, sed ellipsi continebatur; secutum est alterum genus comprehensum verbis sentiendi et dicendi, quae ad verba auxiliaria proxime accedere scit qui de infinitivi natura atque indole quaerere coepit. Quam arte utrumque genus inter se cohaereat optime elucet e loco Ovidii *isto quo reris grandius illud erit*, cujus structura ita explicanda est *isto quod grande esse reris grandius illud erit.* Nec quicquam obstat quominus loco Caesaris *cum essent in quibus demonstravi angustiis* ad similem confugiamus ellipsin: *in angustiis quas esse demonstravi.* —

Verum haec satis sunto de attractionis in lingua Latina usu.

Itaque nunc transeamus ad assimilationem pronominis rel. Graeci.

Ac primum videamus de ea quid hucusque grammatici statuerint.

Attractionis vocabuli quae nunc est significatio syntactica non e veterum grammatica manavit, sed recentiorum studiis originem suam debet. Quid vero illi de ea quam nunc attractionis nomine complectimur structura senserint etsi traditum non habemus, tamen conjectando assequi possumus. Quum enim Priscianus XVII, 155 H., qui Apollonium Dyscolum auctorem secutus est, inter exempla ἀντιπτώσεως vel procidentiae posuerit et Vergilii illud (Aen. I, 573).

Urbem quam statuo vestra est

et Terenti (Andr. I, 1, 20).

Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae,

a vero non aberrabimus statuentes eidem figurae assignatam fuisse attractionem eam quam nos nunc quaerimus, quippe qua idem ratione tantum inversa fiat quod in illis exemplis cernitur. Fuit tamen haec ἀντίπτωσις non ita cum attractione conjuncta, ut sine illa haec dilueretur, sed complectebantur hac figura structuras omnes in quibus casus pro casu positus esse videretur.[29]) Cf. Anonym. ap. Walz. Rhet. VIII, 663. Schol. min. ad Il. γ, 16. Gl. ad Od. γ, 445. H. ad Od. ζ, 216. P. ad Od. η, 216. Q. ad Od. ε, 477. λ, 531. Schol. O. ad Aesch. Prom. 3. Schol. A ad Eur. Andr. 706 (p. 189, 9 D) Eustath. ad Il. γ, 5.[30]) Genitivum pronominis rel. οὗ per ἀντίπτωσιν pro accusativo positum esse adnotavit scholiasta Par. C. ad Lycophr. v. 495; quoniam autem hujus rei causam addere omisit, hanc eum in antecedenti genitivo nominis (γίγαντος) positam putasse ut concludamus justa ratione destituti sumus.[31]) Hanc autem fuisse causam accusativi pronominis rel. in genitivum mutati, etsi ἀντιπτώσεως nomen non adhibuerunt, diserte praeceperunt schol. Florent. ad Eur. Hecub. 759 οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ adnotans: ἃ ἔμελλεν εἰπεῖν, διὰ δὲ τὴν προηγησαμένην πτῶσιν εἶπεν ὧν et Triclinius ad Soph. Oed. R. 362

φονέα σε φημὶ τἀνδρὸς οὗ ζητεῖς κυρεῖν

haec scribens: δέον εἰπεῖν ὃν ζητεῖς πρὸς τὸ ἀνδρὸς ἐπήνεγκεν οὗ ζητεῖς[32]) et Eustathius ad Il. α, 307 (ed. R. p. 147) εἰσὶ τοιαῦται πολλαὶ συντάξεις ἐπαμφοτερίζουσαι καὶ δυνάμεναι τοῖς τε προηγου-

---

[29]) Eidem figurae attribuit Priscianus l. l. locum Vergilii

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Jovemque
concilias (pro *hoc regnum*)

et *num ejus adventi venit in mentem* (pro *adventus*)

et *Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum* (pro *fluvie*).

[30]) πτωτικὸν σχῆμα appellatur a schol. ad Il. γ, 16, ἀντιπτωτικόν a schol. ad Aesch. Prom. 3.

[31]) Ceterum hoc loco non genitivus οὗ, sed accusativus τόν qui est in libris plurimis iisque optimis linguae legibus flagitatur.

[32]) Eodem quo Triclinius errore sese implicuit nuper Scheuerleinius (Synt. l. gr. p. 505) quum hunc locum inter attractionis exempla retulit: nam genitivus οὗ non pro acc. ὅν positus est, sed ab acc. φονέα etiam in enuntiato rel. cogitando pendet. Non rectius judicavit de locis Sophoclis et Euripidis Suidas s. v. Ἃ καὶ ἀντὶ τοῦ ὧν τέτακται καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Μηδείᾳ· πράξασ' ἃ μέλλω καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ· Αἰτεῖς ἃ τεύξει.

μένοις καὶ τοῖς ἐφεπομένοις συντάττεσθαι, οἷον χαίρω τῷ λόγῳ ᾧ λέγεις καὶ αὖθις· χαίρω τῷ λόγῳ, ὃν λέγεις· Καὶ τοῦτο γὰρ ἀσόλοικον, ἐπεὶ τὸ λέγειν αἰτιατικὴν σύνταξιν δέχεται, καὶ τὸ πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διὰ τὸ προηγούμενον. Τὸ γὰρ χαίρω δοτικῇ συντάσσεται, οἷον χαίρω οἷς λέγεις.

Haec, ut sunt levissima, si omittimus, nihil ad locos quibus attractio cernitur adnotatum, nihil ad eam explicandam a veteribus excogitatum est. Nam ἀντίπτωσιν esse explicationem nullam nunc nemo negabit, quum jam Sanctius Min. II. p. 386 et 390 ea nihil imperitius et Clarkius (ad Il. α 566; γ, 271; ζ, 396) eam ineptissimam, quin etiam portentosam dixerit. Nec plus profecerunt grammatici recentiores ante Sanctium. Aut enim totam hanc structuram omnino non tetigerunt, aut ad ἀντίπτωσιν illam novo vocabulo casuum enallagam nuncupatam refugerunt, ut Martinus ille Crusius (gramm. graec. cum latina congruentis p. I., 955) in syntaxi figurata ubi de enallaga et antiptosi egit multa quoque ejus quam nos quaerimus attractionis exempla ponit, relativum saepe imitari casum nominis antecedentis dicens; aut rem ipsam commemoraverunt, causam quaerere omiserunt, ut Angelus Caninius in Hellenismo p. 382 [33]) (ed. Thom. Crenius Lugd. Bat. 1700), Nicolaus Clenardus (institutiones absolutissimae in graec. l. p. 140 ed. 1607), Jo. Oecolampadius (graecae literaturae dragmata, Basileae 1521 p. 196). Neque explicationis loco haberi potest quod Const. Lascaris (γραμμ. p. 403 ed. Constant. 1800.) eodem modo quo in numero et genere, etiam in casu cum nomine concordet pronomen rel. necesse dixit [34]).

Originem structurae primus quaerere conatus est Franciscus ille Sanctius in libro celeberrimo Minerva seu de causis linguae

---

33) Verba Caninii a Clenardo repetita haec sunt: *„Relativum eodem casu ponunt cum antecedente*, χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις, ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψε. *Hinc sunt illa* ἀνδρὶ οἵῳ σοι, ἄνδρα οἷόν σε, *viro simili tibi, virum similem tibi.“*

34) „Λέγεται δὲ καὶ ἀναφορικόν, ὅτι πρὸς τὸ προηγούμενον ὄνομα ἀναφέρεται, μεθ' οὗ καὶ συμφωνεῖ τριχῶς, ὁμοιογενῶς, ὁμοιαρίθμως καὶ ὁμοιοπτώτως. Cf. Σπυρίδιον sive sportella textuum dominalium graec. continens rudimenta grammaticae graecae sacrae, Gorlicii Lusatorum 1647 p. 177.

latinae, IV. c. XII. atque ita quidem ut pronomen rel. jam non a verbo suo regi, sed a casu nominis, ad quem illud referatur, trahi diceret[35]). Atque ut ipse trahendi verbum usurpavit, ita attractionis vocabulum primum occurrit in grammatica quae tota ex illius doctrina pendet, dico eam quam ediderunt Messieurs de Port-Royal praecipua usi opera Claudii Lanceloti Parisiis 1644 sub titulo: „*nouvelle méthode pour apprendre facilement et en peu de temps la langue latine et la langue grecque*". Quarum in priore (ed. V. a. 1656 p. 604) commemoratur *Hellenisme par l'Attraction*, in altera (cap. I.) distinguuntur quatuor attractionis genera: *regiminis*, *relativi*, *infinitivi*, *participii*, quorum secundum hac illustratur regula:

Ainsi le Relatif suit le cas précédant,
τοῖς χρῶμαι οἷς ἔχω pour ἃ ἔχω disant.

Hic diu delituit attractionis vocabulum. In Gallia studia philologica inde ab illa aetate subacta miseriis magis magisque obtorpuerunt, in Germania grammatica Sanctiana non eam quam in reliquis terris consecuta est auctoritatem. Nullum igitur attractionis vestigium apud eos qui post Lancelotum grammaticae Graecae compendia composuerunt usque ad hujus saeculi initium, sed hi aeque atque vetustiores structuram aut omnino praetermiserunt aut nihil ad eam explanandam contulerunt, ut Jacobus Veller (gr. gr. p. 225 ed. Fischer Lipsiae 1781), Jo. Fr. Fischer (animadd. ad Velleri gramm. ed. Kuinoel Lipsiae 1800, III. p. 319), auctores grammaticae Marchicae (Berolini 1730 p. 844), quique eam correctiorem edidit Hülsemannus (Griech. Sprachlehre, Lipsiae 1802 vol. II. p. 32). Buttmanni demum erat ab oblivione in qua jacebat attractionis nomen vindicatum ad certam perducere sedem (gr. gr. ed. V. 1810

35) T. II. p. 386 ed. Bauer: *Graeci non raro e duobus casibus si se mutuo respiciant, alterum tantum regunt, alterum illi adjungunt ita ut alter ab altero trahatur.* Atque idem fere praecipit S. in Latinae grammaticae institutionibus et in grammatica Graeca (Sanctii opp. omnia auctore Greg. Maiansio Genev. 1766 t. I. pag. 217 et p. 295), quibus ille libellis breviter admodum forma pueris apta sententias suas comprehendit.

§ 129. § 130, 3; ed. XIX § 143, 13, c et § 151)[36]). quam jam tum in grammatica Graeca tenebant anacoluthia, transpositio, ellipsis, aposiopesis, pleonasmus, epexegesis etc. Qui hunc secutus est G. Hermannus subtilius de universa attractionis notione disputavit ita ut non solum ejus fines quam fieri posset accuratissime describeret, sed etiam qua ratione haec structura cum aliis quae dixit idiomatis conjuncta esset disquireret (in appendice ad Vigerum p. 868 sq. ed. alt.). Atque ut secundum quatuor illas categorias a Kantio propositas quatuor idiomatum genera distinxit, ita attractionem et anacoluthiam tertium eorum genus, quod est relationis, efficere ratus anacoluthiam unius pravam distractionem, attractionem perversam quandam conjunctionem diversorum esse dixit. At improbanda est universa illa de idiomatis doctrina. Nam omnino non licet discernere syntaxin legitimam et idiomata quae „*cotidianae vitae neglegentia etiam contra linguae naturam et praeter naturales loquendi regulas in usum venisse*“ censendum sit. Nam naturales illae loquendi regulae sunt nullae, lingua logica κατ' ἐξοχήν i. e. ad rationis universae omnium normam directa est nulla. Suas quisque populus loquendi sequitur leges. Itaque ne attractio quidem contra naturam linguae Graecae, sed ex hac ipsa orta dicenda est. — De usu ipso ejus quam nos tractandam sumpsimus attractionis nihil novi protulit Hermannus, nihil qui illius doctrinam amplexus est Scheuerleinius (synt. graec. Halis 1846 p. 245 et p. 504 sq.). Neque de attractionis natura sententiam Buttmannianam ab Hermanno paulum immutatam non suam fecit G. T. A. Krueger Brunsvigus, qui de ea quaestionem copiosissimam instituit Brunsvigae 1827 in fasciculo tertio quaestionum ad grammaticam Latinam pertinentium[37]), et quamquam Latinorum potissimum usum tractavit, tamen saepe etiam Graecas structuras in disputationem vocavit, ubi ad concordiam vel differentiam utriusque linguae enucleandam id

---

[36]) Grammatici illi vetustiores, quibus auctoribus se ipsum vocabulo „Attrakzion“ uti B. testatur (ed. V. § 129), sine dubio sunt Sanctius et Lancelotus. Primus B. (ad Soph. Phil. 716) usurpavit vocabulum „attractionis inversae“ ad significandum id genus, in quo non casus pronominis rel., sed nominis attractionem expertus est.

[37]) Cf. cavillantem Reisigium schol. lat. § 280.

aptum judicavit. Ut autem studio potius regnum attractioni constituendi amplissimum abreptus quam sobrio et considerato judicio ductus est, ita etiam complura pronominis rel. attractionis genera statuit, quae revera Graecis nunquam in usu fuerunt.

Non plus profecerunt quam ut unum alterumve exemplum novum proferrent, Fr. Thierschius gr. gr. § 344, 2, Matthiaeus § 473, R. Kühner § 787 sq., Hartungius § 911, Bellermannus § 211, Bäumleinius § 322 sq. Largissimam exemplorum copiam congessit Lobeckius ad Soph. Aj. v. 493. Melius rem gesserunt quum quale esset discrimen inter attractionem adhibitam et omissam eruere conarentur Fr. Rostius gr. gr. § 99, 8 et 9 (ed. IV. 1832) Madvigius (synt. l. gr. § 103), G. Curtius § 597 sq., C. G. Krueger gr. gr. § 51, 10 et di. § 51, 9. Quorum postremus quum attractionis vocabulum falso parumque apte illi structurae impositum ratus novum nomen assimilationis usurpavit, acu quidem, ut ajunt, rem tetigisse non censendus est. Omnia si ad vivum resecare volumus, tota haec structura rectius attractionis quam assimilationis nomine describitur. Nam enuntiatio quidem rel. tota non assimilatur, sed a nomine vel verbo enuntiationis primariae trahitur, assimilatur autem casus pronominis rel. Itaque si accurati esse volumus, dicemus de attractione enuntiationis rel., de assimilatione pronominis rel.

Ab his quos hucusque protuli grammaticis discrepant quae de attractione praecepit Bernhardyus (synt. Graec. p. 299 sq.) duabus rebus. Primum enim is qualis attractionis usus in singulis dialectis litterarumque generibus fuerit quaerere coepit, etsi quod affirmavit[38]) probari non posse infra luculenter demonstrabo; deinde de ejus causa atque origine novam protulit sententiam oppositam ei quae Buttmanni auctoritate reliquis grammaticis erat recepta. Putabant enim hi causam attractionis in nulla alia re nisi in ellipsi pronominis demonstrativi esse positam, quia genitivus pronominis dem. τούτων

[38]) „Es beginnt die erste Erscheinung der Attraktion sogleich mit den Epikern und Ioniern, bei denen dergleichen Sätze grösstentheils sich in engern Grenzen halten. Die Attiker selbst vernachlässigen sehr selten diese Struktur."

omissus esset, pron. rel. hoc casu poneretur necesse dicentes[39]). Bernhardyus vero causam ejus omnino non in lingua ipsa, sed in consilio scriptoris positam ratus eam ad normam artis rhetoricae revocavit. Neutra tamen sententia vera. Prior enim ponit causam nullam vel saltem nimis mechanicam, qualem lingua in formandis structuris nunquam secuta est; altera tribuit arti consilioque scriptorum, quod nulla arte nulloque consilio linguae vel populi genius ex se ipso et per se ipsum creavit. Bernhardyi sententiam si sequi vellemus,[40]) esset attractio condimenti instar habenda, quo asperso vel jucundior vel efficacior fieret oratio. At quo tandem pacto genitivus οὗ pro accusativo ὅν positus talem vim habebit. Et frequentissimi sunt loci quibus attractio adhibita non est apud scriptores qui in oratione perpolienda atque exornanda plurimum elaboraverunt et frequentes sunt loci quibus attractio est adhibita apud scriptores qui elegantiam non quaesiverunt[41]). Quo vero delabatur talis sententia, luculentissime docet exemplum Isidori Krausii, qui de attractionis usu apud tragicos singularem scripsit dissertationem Vratislaviae 1863 non ea sane qua par est diligentia. Falsissima is ductus opinione contendit (p. 1) Aeschylum quod gravitate tantum verborum et sententiarum homines admonere et incendere voluerit, attractionem fere aspernatum esse, Sophoclem, quae ejus esset suavitas dulcedoque loquendi, gratam habuisse, Euripidem denique, quum a volgari genere orationis parum abhorruerit, raro usurpasse.

His erroribus liberum se praestitit Steinthalius, qui subtiliter

39) Buttmannus § 143 n „Nur die Auslassung des Demonstrativ konnte veranlassen, dass man das Relativ zum vorhergehenden Wort construirte.“ Madvigius § 103: „Ein Demonstrativ, das ohne Nachdruck blos die relative Umschreibung einleitet, wird gewöhnlich ausgelassen und dadurch ersetzt, dass das Relativ den Casus desselben annimmt.“

40) Similiter etiam Krueger de attr. p. 14: „Es ist nicht zu leugnen, dass der Gebrauch gewisser Idiome oft zur formalen Schönheit der Darstellung mitgehört und von dem Schriftsteller ebendeshalb vorgezogen wird, wie dies namentlich bei der Attraktion der Fall ist.“

41) Itaque ne illud quidem concedendum est, quod Steinthalius, quamquam Bernhardyi sententiam improbans, dixit (Zschr. f. Völkerpsych I. S. 99) „dass Schriftsteller, welche mit künstlerischem Bewusstsein schrieben, wie auch Plato und Xenophon, sich der Attraktion wie andrer Redefiguren mit Absichtlichkeit bedienten.“

admodum de attractionis natura philosophatus est dissertatione illa quam inseruit auspicans annalibus ab ipso cum Lazaro conditis vol. I. p. 93—179. Ac quamvis in rebus singulis parum sibi constiterit nec semper satis perspicue sententiam suam exposuerit, illud tamen sine dubio recte demonstravit attractionem non contineri consilio aliquo praemeditato et studio certo, sed prodire eam ex ipsis, ut ita dicam, linguae penetralibus, quae nullum finem sectans ex se ipsa et per se ipsam locutiones creet formetque. Vires[42]), quae consonantium efficiunt assimilationem, ut ἄλλος ex ἄλjος, *adpello* ex *appello* ortum est, eaedem, ut recte observavit J. Grimmius, attractionem enuntiatorum efficiunt.

Haec erant quae de sententiis grammaticorum, qui hucusque de attractionis natura atque usu scripserunt dicenda existimarem. Duo quae ego maxima duco omissa sunt ab omnibus: primum discrimen inter attractionem admissam et omissam derivare ex ipsa attractionis indole derivatumque ad certas revocare normas, deinde exponere quomodo singula attractionis genera sint orta et progressa pedetentim tam late patuerint, ut partem quasi linguae Graecae efficere videantur.

Itaque nunc quid ego sentiam ut proponam revertor ad id quod de enuntiatorum jungendorum ratione diversa initio commentatus sum. Orta est junctura relativa e demonstrativa tum quum vis enuntiationis alterius praevalere videretur. Enuntiatio major vel superior sibi adjunxit imbecilliorem vel inferiorem ita ut haec per se quidem constare desineret, sed facile ab illa separari atque ad dignitatem enuntiationis per se constantis redigi posset. Jam si haec, id quod attractione factum videmus, illi ita subjuncta est, ut nullo pacto dirimi posset, hujus rei causam nullam aliam fuisse consentaneum est nisi hanc, quod haec eodem modo inferior facta est quo illa dignitate crevit. Tanta exstitit vis ac potentia illius, ut hanc totam in suam potestatem redigeret.

Hanc autem vim ut exerceat tantum abest ut illa in se absoluta

---

42) Hae sunt quas ille dicit „Die unmittelbar und unabsichtlich schöpferisch wirkenden Kräfte der Sprache.“

esse possit, ut membrum habere debeat, quod alteram trahat et regat. Necesse igitur in illa positum sit vocabulum, quod non notionem per se constantem atque in se absolutam efficiat, sed imperfectam atque relativam i. e. quod ad suum intellectum necessario requirat quo determinetur atque compleatur. Jam haec notio regens vel complenda tantam habet vim, ut complemento, sive hoc est nomen sive hujus vicaria enuntiatio rel. parum valida, suum impertiat casum. Exemplis res magis perspicua fiet. Intellectu destitutum est ταῦτα ὅμοιά ἐστι; necessarium est complementum dativo, quem ὅμοιος notio flagitat, comprehensum, ut τοῖς σοῖς λόγοις, pro quo si enuntiatio rel. usurpatur, dativus ille appareat necesse est in pronomine rel.: οἷς εἴρηκας.

Per se quidem sensum non habet genitivus nominis δίκης (rationis, der Rechenschaft) sed requirit additamentum quo exprimatur, aut cujus rei ratio poscatur aut quis rationem poscat. Jam haec notio supplenda in eam quae supplendo inserviens artissimo vinclo cum illa constricta est tantam vim habet, ut ei casum suum i. e. genitivum impertiat, sive illa nomine sive enuntiato continetur, sive attributi sive objecti vicibus fungitur. Hinc oritur et μέμνησο τῆς δίκης ὧν ἐκεῖνοι ἐποίησαν et τοὺς μεταιτίους δίκης ἧς vel ut ait Aeschylus Ag. 812 δικαίων ὧν ἐπραξάμην πόλιν Πριάμου.

Clarissima est haec res in eo vocabulorum genere quod nunquam per se poni potest, in praepositionibus: quae si non nomen substantivum, sed enuntiationem rel. regunt, semper cogunt pronomen rel. ut induat casum eum quem ipsae poscunt, ut ναῦς ἐννέα πρὸς αἷς εἶχε ἐπλήρωσεν (Thuc. VIII, 108, 1). Idem apparet in verbis relativis. Cum verbo τυγχάνειν tam arte cohaeret ratio genitivi, ut illud hunc casum obtrudat etiam pronomini relativo enuntiationis ejus, qua ipsum determinatur. Ita oritur quod est apud Aeschylum Sept. 550 εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι.[43])

[43]) Vides igitur quam male judicaverit Steinthalius l. l. p. 174: „Die Attraktion ist Erzeugniss der Voreiligkeit mit der das Demonstrativ das Relativ hob und formte, also an sich zog, ohne abzuwarten, zu welcher Form dasselbe durch sein regierendes Verb bestimmt würde," quum multo rectius dixerit p. 163: „Die Attraktion ist herzuleiten von dem Uebergewicht des Verbums im Demonstrativsatz."

Res eadem ratione tantum inversa accidit in attractionis genere huic contrario, quo non pronomen rel., sed nomen casum eum induit, quem notio regens enuntiationis alterius i. e. relativae poscit, ut Il. ι, 132

μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρων
κούρην Βρισῆος

et Il. σ, 192 ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω.

Utroque loco quum majus sit pondus atque dignitas enuntiationis quae relativam formam induit, notiones in ea regentes ἀπηύρων et κλυτὰ τεύχεα quem ipsae requirebant casum obtruserunt nominibus κούρη Βρισῆος et ἄλλος τις. Parum juste fecit Buttmannus quum hanc attractionem inversam dixit: non minus ea recta est quam altera. Ac ne illud quidem vocabulum quo cum Grimmio usus est Steinthalius „zurückgreifende vel rückwirkende Attraction“ opposito alteri „vorgehend vel vorgreifend“ apte ad rem ipsam clariorem faciendam inventum mihi videtur. Nam non minus saepe fit in ea quam hi nuncupant progredientem, ut enuntiationem rel. sequatur notio regens, ut Soph. Oed. Col. 1145 ὧν ὤμοσ' οὐδὲν ἐψευσάμην, quam in altera quam dicunt retrogradam, ut nomini, in quo attractio cernitur, enuntiatio rel. antecedat, ut Il. l. l.

μετὰ δ' ἔσσεται ἣν τότ' ἀπηύρων
κούρην Βρισῆος.

Rem ipsam describemus dicentes illam attractionem nominis, hanc enuntiationis rel.

Atque ad hanc ut revertar, etiam enuntiatio rel. talis esse debet, ut per notionem regentem in potestatem enuntiationis demonstrativae redigi possit. Ac primum quidem, quandoquidem ea nihil aliud nisi complendo inservit, apparet eam esse non posse late diffusam ac multis additamentis amplificatam, sed brevem admodum atque concisam. Nominis est vicaria. Jam si quaerimus quodnam genus enuntiatorum rell. attractioni potissimum obnoxium fuerit, ex iis quae exposuimus consequitur id nullum aliud fuisse nisi quod in se minimam vim haberet ut constaret, i. e. cui praedicatum omnino non aut saltem mancum esset. Hoc enim si deest, casus pronominis rel. jam non habet quo defendatur, sed dominationi notionis regentis eo magis obnoxius

est. Cui rei egregie convenit usus. Vetustissima attractionis exempla deprehenduntur in enuntiatis rell., in quibus verbum substantivum ἐστί omissum est, ut Od. κ, 113

τὴν δὲ γυναῖκα,
εὗρον ὅσην τ' ὄρεος κορυφήν, κατὰ δ' ἔστυγον αὐτήν

quae ad hanc redit structuram pleniorem εὗρον γυναῖκα, ὅση τ' ὄρεος κορυφή ἐστιν, qualis extat locis Lys. or. 30 § 28 ἡγούμενοι τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς νόμους οἷοίπερ ἂν ὦσιν οἱ τιθέντες et Demosth. or. 19 § 186 ὁ δὴ τοὺς χρόνους τούτους ἀναιρῶν τῆς οἵα παρ' ἡμῖν ἐστι πολιτείας. Structura huic proxima, in qua verbum substantivum omissum est, deprehenditur haud raro, ut apud eundem Demosthenem ib. § 254 ἵν' εἰδῆθ' ὅτι καὶ Σόλων ἐμίσει τοὺς οἷος οὗτος ἀνθρώπους; Andoc. de myst. § 136 et cum assimilatione pronominis rel. οἷος Dem. in Androt. p. 613, 10. p. 617, 25. c. Timocr. § 185. p. 758. Aeschin. de fals. leg. p. 48. Xen. Hell. I, 4, 16. Arist. Ach. 601 νεανίας δ' οἵους σὺ διαδεδρακότας. Eundem usum atque is quem supra laudavi locus Od. κ, 113 exhibent in rhapsodiis Odysseae ι et κ loci

ι, 325 τοῦ μὲν ὅσον τ' ὄργυιαν ἐγὼν ἀπέκοψα παραστάς,
κ, 167 πεῖσμα δ' ὅσον τ' ὄργυιαν ἐυστρεφὲς ἀμφοτέρωθεν
πλεξάμενος
ι, 322 τὸ μὲν ἄμμες ἐίσκομεν εἰσορόωντες
ὅσσον θ' ἱστὸν νηὸς ἐεικοσόροιο μελαίνης.
κ, 517 = λ, 25 βόθρον ὄρυξ' ὅσσον τε πυγούσιον.

In Iliade certa ejus exempla non sunt. Nam ι, 354

ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν

ὅσον pro nominativo habendum verbumque tantum substantivum ἐστίν omissum dicendum erit aeque atque Od. τ, 233

τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κάτα ἰσχαλέοιο,

altero autem loco α, 262

οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι
οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε, ποιμένα λαῶν

possit quispiam etiam in enuntiatione rel. formam ἴδον supplere, ut ibid. v. 260

ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
ἀνδράσιν ὡμίλησα.

Hanc vero praedicati primarii ellipsin, quam Reizius de accent. inclin. p. 80 cum Fr. A. Wolfio tuetur, Odysseae locis adhibere nec per structuram nec per sensum licet. Quod autem horum commune est omnium, ut attractio non solum in pronomine rel. ὅσος, sed etiam in substantivis κορυφή, ὄργυια, ἱστός et adjectivo πυγούσιος, quae pars erant praedicati, cernatur, id rectissime se habet: quicquid enim accidit subjecto, idem accidat necesse est praedicato, quippe quod cum illo casu congruere debeat. Cujus rei similitudinem videbimus infra, quum ad Rhesi locum v. 841 pervenerimus, quem sic scribendum censeo

μολόντων ὧν σὺ πολεμίων λέγεις.

Usum Homericum suum fecissse censendus est auctor libri Hippocratei περὶ νούσων IV c. 3 (II. p. 438 ed. Erm.) μεταρθέντα δ' ὁκόσον ὀργυιὴν οὐκ ἂν εὕροις ἔτι φυόμενα, ceteri scriptores qui post Homerum floruerunt eum non in ὅσος pronomine, sed in οἷος, Aristophanes etiam in ἡλίκος adhibuerunt praeeunte ipso Homero Od. φ, 172

οὐ γάρ τοι σέ γε τοῖον ἐγείνατο πότνια μήτηρ
οἷόν τε ῥυτῆρα βιοῦ τ' ἔμεναι καὶ ὀιστῶν.

i. e. τοῖον ἔμεναι οἷός τε ῥυτὴρ βιοῦ τε καὶ ὀιστῶν ἐστιν[44]).

Apud Aeschylum exemplum nullum, apud Sophoclem unum Trach. 444 (ἄρχει) κἀμοῦ γε· πῶς δ' οὐ χἀτέρας οἵας γ' ἐμοῦ, apud Euripidem unum, Or. 1112

ΠΥ. τίνας; Φρυγῶν γὰρ οὐδέν' ἂν τρέσαιμ' ἐγώ.
ΟΡ. οἵους ἐνόπτρων καὶ μύρων ἐπιστάτας.

plura apud Aristophanem,

Ach. 384 νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε
ἐνσκευάσασθαί μ' οἷον ἀθλιώτατον.

---

44) Intolerabilis est ellipsis ad quam confugit Ameisius adnotans: „οἷόν τε, nemlich τινὰ ἐγείνατο (in gnomischem Sinne) πότνια μήτηρ“. Locus ad quem ille provocat

Od. φ, 117 ἐγὼ κατόπισθε λιποίμην
οἷός τ' ἤδη πατρὸς ἀέθλια κάλ' ἀνελέσθαι,

nihil aliud probat nisi in structura οἷός τε cum infinitivo aeque atque in iis quas nos nunc ante oculos habemus proprie fuisse verbum substantivum ἐστίν. Cf. Od. τ, 160

ἤδη γὰρ ἀνὴρ οἷός τε μάλιστα
οἴκου κήδεσθαι.

Eq. 978 καίτοι πρεσβυτέρων τινῶν
οἵων ἀργαλεωτάτων
ἐν τῷ δείγματι τῶν δικῶν
ἤκουσ' ἀντιλεγόντων.

Nub. 349 κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην
ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόνπερ τὸν Ξε-
νοφάντου.

Ach. 703 τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφὸν ἥλικον Θουκυδίδην
ἐξολέσθαι;

Eccl. 465 ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν,

in quo injuria contra libros Dobraeus scribere voluit νώ, ut Ach. 601 νεανίας δ' οἵους σὺ διαδεδρακότας fuerunt qui nominativum libris traditum in accusativum σέ mutare vellent[45]). Atque eadem reperitur attractio in prosaicorum scriptorum Atticorum locis haud paucis: Thuc. VII, 21. Xen. Mem. II, 9, 3; III, 8, 2. Hell. II, 3, 25. Plat. Soph. p. 237 C. Symp. p. 220 B. Parmen. p. 161 B. Lucian. Toxar. c. 11.

Neque dubium mihi videtur quin apud Platonem Phaed. p. 104 A τῷ τε αὑτῆς ὀνόματι ἀεὶ προσαγορευτέα εἶναι (sc. ἡ τριάς) καὶ τῷ τοῦ περιττοῦ, ὄντος οὐχ οὗπερ τῆς τριάδος vera sit scriptura οὗπερ cujus auctor exstitit Heindorfius pro ea quae est in libris ὅπερ. Nam genitivum praedicati οὗπερ requirit genitivus subjecti τῆς τριάδος. Ceterum idem fere attractionis genus in lingua Latina non inusitatum fuisse documento est locus Suetonii Calig. c 43 *contracto commeatu quanto nunquam alias i. e. quantus nunquam alias fuit*, nisi *contractus est* supplere mavis.

Sed, dicet quispiam, cogitari potest genus enuntiationum rell. eo quod modo proposuisti etiam imbecillius attractionique magis obnoxium, in quo si attractio adhibita non est, vide ne tota tua de origine illius proposita sententia labatur. Potest enim enuntiatio rel. solo verbo substantivo ἐστί comprehensa esse: qua minus valida cogitari non potest. Ac, fateor, recte quidem ille

45) Injuria dixit Bernhardyus Synt. l. l. „Sonderbar ist hier eine unvollkommene Art der Attraction, worin sich ein Nominativ mit dem attrahirten οἷος verbinden muss“. Demonstratur tali nominativo ea quam nos proposuimus structurae origo.

argumentatur vacillare sententiam meam, nisi in hoc enuntiationum rell. genere attractionis vestigia deprehendantur. Sunt vero ejusmodi attractionis testimonia vetusta admodum. Patet sane eam occurrere non posse in enuntiato simplici pronominis rel. forma comprehenso ὅς ἐστι, quia hoc omnino sensu destitutum est; ejusmodi autem enuntiatio rel. ut constet, in se vim habent pronomina, in quibus hucusque attractionem cognovimus, ὅσος, οἷος quodque his cognatae significationis est ὅστις. Jam quaeritur quando in talibus enuntiatis verbo substantivo ἐστίν omisso attractio invaluerit. In carminibus Homericis omissum sane est in enuntiatis a pronominibus οἷος et ὅσος incipientibus verbum substantivum [46]), sed haec non sunt ejus quod nos nunc quaerimus generis simplicissimi. Ac ne apud Hesiodum quidem hujus generis sunt exempla; vetustissimum idque cum attractione conjunctum in pronomine ὁστισῶν reperitur in celeberrimo illo περὶ γυναικῶν carmine Simonidis Amorgini, quem c. Olymp. 29 floruisse nunc constat, fr. 7 v. 49

ὁμῶς δὲ καὶ πρὸς ἔργον ἀφροδίσιον
ἐλθόνθ' ἑταῖρον ὁντινῶν ἐδέξατο,

in quo ὁντινῶν ex ὁστισῶν ἦν vel εἴη ortum dicendum est. Hunc unum locum iambographi a pedestri oratione non ita alienum si excipis, hic usus non poetarum [47]), sed prosaicorum scriptorum proprius fuisse videtur. Inter hos autem quorum quidem scripta aetatem tulerunt jam qui fuit vetustissimus Herodotus hunc usum in forma pronominis rel. ὅσος additis particulis δή vel ὦν non ingratum habuisse censendus est.

Exempla haec sunt: 1, 157 τοῦ Κύρου στρατοῦ μοῖραν ὅσην δή

46) Cf. Il. μ, 13 κατὰ μὲν Τρώων θάνον ὅσσοι ἄριστοι. ι, 55 οὔτις τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται, ὅσσοι Ἀχαιοί; θ, 205 ἐθέλοιμεν, ὅσοι Δαναοῖσιν ἀρωγοί. Od. ζ, 257. Alia dabit Krueger Di. § 62, 1, 3. Videtur autem in hac ipsa re, quod in enuntiatione pronomine rel. ὅσος comprehensa verbum substantivum jam vetusta admodum aetate facile omitti potuit, simul causa posita, cur talis enunt. rel. attractioni praeter ceteras obnoxia fuerit. Cf. enuntiationes rell. adverbiorum instar positas ὅσαι ἡμέραι (ὁσημέραι), ὅσα ἔτη etc.

47) Initium hujus usus quod est in verbi substantivi ellipsi positum praebet Aristoph. Ran. v. 38 ὡς κενταυρικῶς ἐνήλαθ' ὅστις. Cf. Thuc. VI, 56, 3 εἰ καὶ ὁποσοιοῦν τολμήσειαν.

κοτε ἔχων; I, 160, 1 ἐκδιδόναι τὸν Πακτύην παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή; III, 52, 1 κήρυγμα ἐποιήσατο ἰρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν ὅσην δὴ εἴπας; III, 159 ἐπέταξε γυναῖκας ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι, ὅσας δὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων; IV, 151 σιτία καταλιπόντες ὅσων δὴ μηνῶν. Nec dubito ad horum locorum similitudinem ὅσον pro accusativo habere II, 103 ἀποδασάμενος τῆς ἑωυτοῦ στρατιῆς μόριον ὅσον δὴ αὐτοῦ κατέλιπε, II, 126 πρήσσεσθαι ἀργύριον ὁκόσον δή τι, praesertim quum ὅσος vel ὅσον δή nominativus omisso tantum verbo substantivo nisi antecedente nominativo non reperiatur, ut ὅσον ὦν I, 199, 3 τὸ δὲ ἀργύριον μέγαθος ἐστι ὅσον ὦν; item pro accusativo habendum erit ὅσον ὦν II, 22, 3 εἰ τοίνυν ἐχιόνιζε καὶ ὅσον ὦν ταύτην τὴν χώρην attractione eadem atque V, 20, 1 εἰ πάσῃσι βούλεσθε μίσγεσθαι καὶ ὁκόσῃσι ὦν αὐτέων. Neque alius generis est usus Herodoteus pronominis rel. ὅστις vel ὅστις δή II, 113, 1 ἣν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρά; I, 86, 1 ἀκροθίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δή; III, 121 πέμψαι κήρυκα ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον; III, 145 οὗτος ὅτι δὴ ἐξαμαρτών et adverbii relativi ὅκου δή III, 129, 1 τὸν δὲ ἐξεῦρον ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοισι ὅκου δὴ ἀπημελημένον[48]· Atque idem usus reperitur apud Thucydidem VIII, 87, 5 ἐς δ' οὖν τὴν Ἄσπενδον ἥτινι δὴ γνώμῃ ὁ Τισσαφέρνης ἀφικνεῖται; VII, 48, 6 ἥν τε καὶ ὁτιοῦν ἐκλίπωσι, apud Xenophontem in structura genitivi absoluti Anab. IV, 7, 25 ἐξαπίνης ὅτου δὴ παρεγγυήσαντος οἱ στρατιῶται φέρουσι λίθους; V, 2, 24 ἐξαπίνης γὰρ ἀνέλαμψεν οἰκία τῶν ἐν δεξιᾷ ὅτου δὴ ἐνάψαντος, apud Lysiam or. 1 § 37 ᾡτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα διαφθείραντα λαμβάνων; ib. § 38 ᾡτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτήν, or. 12 § 84 πῶς οὐκ αἰσχρὸν ὑμῖν καὶ ἥντινοῦν (δίκην) ἀπολιπεῖν; or. 13 § 11 νομίζων ἀσμένως ὁποιαντινοῦν ἐθελῆσαι ἂν εἰρήνην ποιήσασθαι; or. 22 § 15 ἂν ὁποσουτινοσοῦν πριάμενοι ἀπέλθωμεν, apud Platonem Rep. I p. 335 B ἔστιν ἄρα δικαίου ἀνδρὸς βλάπτειν καὶ ὁντινοῦν ἀνθρώπων. Hipp. p. 282 D πλέον ἀργύριον ἀπὸ σοφίας εἴργασται ἢ ἄλλος δημιουργὸς ἀφ' ἧστινος τέχνης, apud Demosthenem de reb. in Chers. § 1 τὰ δ' ἥτι-

---

[48]) Cf. Thuc. VIII, 71, 3 τὰ μὲν ἔνδοθεν οὐδ' ὁπωςτιοῦν ἐκίνησαν.

νιδήποτ' αἰτίᾳ προάγονται λέγειν, in pronomine ὁποιοστισοῦν ib. § 20 πότερ' ἂν βούλοιο τούτους τοὺς στρατιώτας τοὺς ὁποιουστινασοῦν εὐθενεῖν; atque in inscriptionibus etiam posterioris aetatis, ut C. I. 3059, 7 (II p. 644) ἣν τοῦτον τὸν νόμον ἄρῃ τρόπῳ τιν[ὶ ἢ] παρευρέσει ᾑοῦν; 3281, 10 (II p. 759) ἐὰν δέ τις τολμήσει ἀπαλλοτριῶσαί τι ἐξ αὐτῶν ᾡδήποτε τρόπῳ; 3467, 21 (II p. 817) παρὰ οἱουδήποτε τῶν [πολιτῶν], ib. 31 οἱῳδ[ή]ποτε τ[ρό]πῳ, ib. 33 εἴτε [ἑτέ]ρο[υ] οὑ[τινοσοῦν τεχνί]του. Idem usus apparet in pronomine ὁποτεροσοῦν apud Thucydidem V, 41, 2 ἐξεῖναι δ' ὁποτεροισοῦν προκαλεσαμένοις διαμάχεσθαι περὶ τῆς γῆς ταύτης; singulariter in pronomine ὅσος apud Lysiam or. 20 § 23 πρῶτον μὲν γὰρ ὅσων οὐδεμιᾶς στρατείας ἀπελείφθη.

Neque alii nisi huic ipsi quod modo proposuimus generi assignandam censeo attractionem, quae est in formulis οὐδεὶς ὅστις οὐ, οὐδενὸς ὅτου οὐ etc. dissentiens a grammaticis qui Buttmanno auctore eam ad attractionem inversam revocare voluerunt, οὐδενός, οὐδενί etc. casum pronominis rel. induisse statuentes[49]). Hoc ut statuam illud me permovet quod hac una ratione omnia hujus usus genera, quae statim persequemur, ab una eademque radice derivari possunt. Propter sententiam loco Herodoti, qui primus hujus attractionis testis est, VII, 145, 2 τὰ δὲ Γέλωνος πρήγματα μεγάλα ἐλέγετο εἶναι, οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω unice haec explicatio vera dicenda est, ut verbum substantivum non post οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν, sed in enuntiatione rel. quae proprie supponenda est suppleatur, genitivus autem οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν ab ipso comparativo οὐ πολλὸν μέζω suspensus fiat. Ut autem semper in hac formula, ita etiam hoc loco non forma pronominis rel. ὅς, sed ὅστις,[50]) itaque pro τῶν forma Herodotea postulata illa jam a Kruegero ὅτεων ponenda erit. Ejusdem pronominis accusativus ὅτι attractioni eidem debetur V, 97, 2 καὶ οὐδὲν

49) Cf. Krueger de attr. § 90. C. W. Krüger Spr. 51. 10, 11. Kühner § 789, 2.

50) Certe ad formam τῶν hoc Herodoti loco tutandam parum valere mihi videtur quod in duobus poetarum Atticorum trimetris οὐδεὶς ὃς οὐχί extat: Soph. Oed. R. 373

οὐδεὶς ὃς οὐχὶ τῶνδ' ὀνειδιεῖ τάχα

et Philem. fr. 133

. οὐδείς, ἂν σκοπῇς,
ὃς οὐχὶ δοῦλός ἐστι τοῦ πεπωκέναι.

ὅτι οὐκ ὑπίσχετο [51]), ut masculini generis acc. ὅντινα apud Platonem Phaed. p. 117 D κλαίων καὶ ἀγανακτῶν οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων et genitivus ὅτου apud eundem Protag. p. 317 C οὐδενὸς ὅτου οὐ πάντων ἂν ὑμῶν καθ' ἡλικίαν πατὴρ εἴην. Quam vero parum sibi constent qui in hac structura attractionem inversam cernendam dicunt, apparet ex eo locorum genere, in quo verbum substantivum ad pronomen rel. cogitetur necesse est, quia cum accusativo οὐδένα jam infinitivus verbi finiti conjunctus est. Sunt ejus generis loci Plat. Prot. p. 323 B. ὡς ἀναγκαῖον οὐδένα ὅντιν' οὐχὶ ἀμωσγέπως μετέχειν αὐτῆς et Xen. Cyr. I, 4, 25 οὐδένα ἔφασαν ὅντιν' οὐ δακρύοντ' ἀποστρέφεσθαι et duo Thucydidis, qui ab horum norma nulla alia re recedunt nisi quod pro οὐδένα pronomen interrogativum τίνα positum est, III, 39, 7 τίνα οἴεσθε ὅντινα οὐ βραχείᾳ προφάσει ἀποστήσεσθαι; et III, 46, 2 ἐκείνως δὲ τίνα οἴεσθε ἥντινα οὐκ ἄμεινον παρασκευάσασθαι;

Sed haec satis sunto de attractionis genere vetustissimo, cui obnoxiae fuerunt enuntiationes rell. verbo substantivo comprehensae, quod aut per se constabat aut cum nomine conjunctum erat.

Jam si quaerimus huic quodnam enuntiationum rell. genus in attractione successerit, ex iis quae supra exposui elucet id nullum aliud fuisse nisi quod huic maxime cognatum est i. e. quod minimam in se vim habet ut constet, cui deest aut deesse videtur praedicatum. Fit autem nonnunquam, ut si verbum idem et in enuntiatione demonstrativa et relativa praedicati vicibus fungitur, id semel, in enuntiatione majore i. e. demonstrativa, ponatur, in relativa tantum cogitetur. Jam talem enuntiationem praedicato carentem et cum enuntiatione demonstrativa tanto vinclo conglutinatam, ut dirimi ac per se stare nullo pacto queat, notioni, quae est in illa, regenti, quum in suam potestatem redigere studeat, resistere non posse facillimum est ad intelligendum. Nec vero jam longa disputatione opus erit, ut perspiciatur, cur Graeci non omnes ejusmodi enuntiationes rell. attra-

51) Contra ὅτι pro nominativo habendum est locis Thucydidis III, 81, 3 οὐδὲν ὅτι οὐ ξυνέβη. VII, 87, 8 οὐδὲν ὅτι οὐκ ἐπεγένετο αὐτοῖς; VII, 87, 6 οὐδὲν ὅτι οὐκ ἀπώλετο. Cf. Her. III, 72, 2 τοῦτο μὲν γὰρ ἡμέων ἐόντων τοιῶνδε οὐδεὶς ὅστις οὐ παρήσει.

etioni aptas duxerint, sed eas tantum, quae nominis essent vicariae, ut structura participiali circumscribi possent. Difficilius est causam proferre certam qua ducti etiam harum enuntiationum attractionem finibus circumscripserint artissimis his, ut eam non admitterent nisi in iis quae nominis non agentis, sed patientis locum tenerent, ut participio generis passivi circumscribi possent: quam rem in lingua Latina pariter, in Germana aliter sese habere supra (p. 8) cognovimus. Nec vero ea omni caret ratione: multo inferior parumque ad casum suum a vi, quam ei illatura est notio regens, defendendum valet enuntiatio rel., quae notionis patientis, quam quae agentis partes gerit. Nam major est vis ejus quod agit quam quod agitur. Jam illud quoque patebit cur forma pronominis rel. assimilata plerumque sit generis neutri, perquam raro masculini aut feminini: etiam minus, quam hae, virium habet illa, ut se tutetur. Denique haec res illud habet consectarium, ut longe plurima pars enuntiationum rell. attrahendarum accusativo, qui est casus objecti suspensus a verbo activo, contineatur, dativo tum demum, si objecti vices gerit, nominativo, si subjectum est verbi passivi aut intransitivi, genitivo, qui a casu objecti longissime abest, nunquam contineatur.

Haec praemittenda erant ut eluceret ad quem gyrum exempla quae nunc aggrediemur redigerentur.

Id igitur quod modo descripsimus genus attractionis exordium cepisse censendum est ab enuntiatis rell. praedicati expertibus, qualia sunt Arist. Thesm. 398 δρᾶσαι δ' ἔθ' ἡμῖν οὐδὲν ὧνπερ καὶ πρὸ τοῦ ἔξεστι (i. e. ὧνπερ καὶ πρὸ τοῦ δρᾶσαι ἐξῆν) Ps. Lys. or. 6. 12 μηδὲν παθεῖν ὧνπερ οἱ ἄλλοι Ἑρμαῖ (sc. ἔπαθον). Huic proximum est genus enuntiationum rell., quod utitur sane praedicato, sed non pleno, quippe quod verbo tantum auxiliari comprehensum sit, ad quod infinitivus verbi in enuntiatione primaria positi supplendus sit. Jam quum casus pronominis rel. non habeat quo regatur — nam verbum auxiliare regendi potestatem non habet —, eo magis dominationi notionis regentis obnoxius est. Ita vides attractionem subortam locis quales sunt Menandri Κεκρυφαλ. fr. I, 5

ἐὰν πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ,

Eur. Andr. 1001 δείξει γαμεῖν σφε μηδὲν ὧν ἐχρῆν ἐμέ.

Eur. Temenid. fr. 736 μνημονεύων οὐδὲν ὧν ἐχρῆν φίλον.
Soph. Oed. R. 862 οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον.
Soph. Phil. 1227 ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον;
Eur. Hec. 1021 ὡς πᾶν τι[52]) πράξας ὧν σε δεῖ στείχῃς πάλιν.

His suppares dicendae enuntiationes rell. verbis βούλεσθαι et θέλειν, δύνασθαι et ἔχειν comprehensae, quae quidem transitum a verbis auxiliaribus ad absoluta faciunt, ut

Eur. Ion. 1381 ἵν' εὕρω μηδὲν ὧν οὐ βούλομαι.
Eur. Iph. Taur. 513 ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω.
Soph. Oed. R. 314 ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων.

Quorum cum priore genere conjunctum est primum id quod verbis cupiendi et postulandi continetur, ut

Aesch. Prom. 984 ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ.
Soph. Oed. R. 1416 ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε.
Oed. Col. 778 πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις.
Oed. R. 788 ὧν μὲν ἱκόμην
ἄτιμον ἐξέπεμψεν.

deinde quod verbis interrogandi continetur, ut

Soph. Phil. 253 ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.
Oed. Col. 1155 ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνει.

tum quod verbis hortandi, ut

Eur. Chrysipp. fr. 837 λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς.
Soph. Thyest. fr. 227 αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν ὧν ὑφηγοῦνται θεοί.

et dicendi, ut

Soph. Trach. 1232 ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω θροεῖς.
Phil. 1394 πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω.
Oed. Col. 1145 ὧν γὰρ ὤμοσ' οὐδὲν ἐψευσάμην ἐγώ.
Eur. Phoen. 482 ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετο.

denique quod verbis sentiendi continetur, ut

Eur. Thes. fr. 392, 5 εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί.
Hecub. 759 οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.

---

[52]) Sic conicio legendum pro πάντα, quod cum genitivo partitivo struere ab usu Euripidis ut omnium Graecorum classicae aetatis scriptorum abhorret. Vid. infra de hoc loco not. 116).

Antiop. fr. 201 ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοεῖ.
Soph. Trach. 241 χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.
El. 1108 ἧς ἠκούσαμεν φήμης
φέροντες τεκμήρια.

Ex altero genere enuntiationum rell. verbis auxiliaribus δύνασθαι et ἔχειν comprehensarum fluxit attractio earum quae verbo finito ἔχειν vel huic affinibus continentur, ut

Aesch. Eumen. 574 ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
Arist. Plut. 365 ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχον τρόπων.
Eur. Or. 1409 πρὸς θρόνους ἔσω μολόντες
ἃς ἔγημ' ὁ τοξότας Πάρις
γυναικός.
Menand. fr. inc. III, 4 τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τήθη δὲ τίς;
Soph. El. 771 οὐδὲ γὰρ κακῶς
πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται.
Eubul. com. inc. II, 8 τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν ἧς εἶλον τότε.
Rhes. 171 τί δῆτα χρῄζεις ὧν κέκευθεν Ἴλιος;
Arist. Eq. 1222 σοὶ μὲν προσεδίδου μικρὸν ὧν ἐλάμβανεν.
Charet. trag. fr. 1, 2 μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν.
Arist. Plut. 1044 τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι.

Atque haec consectariam habet attractionem enuntiationum rell. earum quae verbis illorum factitivis, dandi et faciendi, continentur, ut

Arist. Lys. 1121 οὗ δ' ἂν διδῶσι πρόσαγε τούτου λαβομένη.
Alexid. fr. inc. VIII, 4 ὧν μὲν πεπόρικεν οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.
Carcin. trag. fr. 9, 2 ἓν δρᾷ μόνον δίκαιον ὧν ποιεῖ φθόνος.
Soph. Oed. Col. 1412 ἔπαινος ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον.
Phil. 1012 ἀλγεινῶς φέρων
οἷς αὐτὸς ἐξήμαρτεν.
Arist. Vesp. 244 ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκηκεν.
Nub. 1310 ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατ' ἐξαίφνης λαβεῖν
κακόν τι.
Nub. 1466 ἀπολεῖς μετελθὼν ὧν σε κἄμ' ἐξηπάτων.

Atque ut jam in his proximis exemplis non mera agendi notio, sed paulo definitior et angustior in verbo enuntiationis rel. attr. inest, ita inde ab Aristophane haec verbo quodvis actionis genus significante contineri potest, id quod elucet e locis

Arist. Ach. 6 τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.
Thesm. 835 ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν.
Plut. 1128 ὤμοι δὲ κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήσθιον.
Eccl. 78 τοῦτ' ἔστ' ἐκείνων τῶν σκυτάλων ὧν πέρδεται.
Menand. fr. inc. 83, 1 χαλεπὸν ὅταν τις ὧν πίῃ πλέον λαλῇ.

Quin etiam hic illic attractionem potitam esse videmus enuntiationibus rell. comprehensis verbo, quod quum proprie objectum dativo casu positum requirat structum est ac si accusativum regeret, ut Xen. Mem. IV, 1, 4 τοὺς ἐξεργαστικωτάτους ὧν ἂν ἐγχειρῶσιν. Cyr. V, 4, 39 ἤγετο ὧν ἠπίστει πολλούς. Aeschin. de fals. leg. § 117 παρ' ὧν μὲν βοηθεῖς οὐκ ἀπολήψῃ χάριν, aut potitam enuntiatione rel. comprehensa verbo quod omnino non actionem, sed statum significat, ut in nominativo pronominis rel. attractio cernatur, velut apud Demosth. de rebus in Cherson. § 67 et c. Phil. IV § 69 τῇ δ' ὧν προςῆκε παρασκευῇ καταγέλαστοι. Denique attractio irrepsit etiam in talem accusativum pronominis rel., qui omnino non a verbo pendet, sed totius enuntiati argumento una voce comprehendendo et quasi praecidendo inservit, apud scriptores quidem qui ante belli Peloponnesiaci finem fuerunt in formulis ἀνθ' ὧν vel ἀνθ' ὅτου, ἐξ ὧν, ἀφ' ὧν, ἐφ' ᾧ, ἐφ' οἷς vel ἐφ' ᾧτε, ut

Soph. Oed. Col. 967 οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν ἀνθ' ὅτου
τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.

Xen. Anab. V, 5, 14 ἀνθ' ὧν ἐτίμησαν ἡμᾶς καὶ ξένια ἔδωκαν τῇ στρατιᾷ, ἀντετιμῶμεν αὐτούς. Lys. or. 10, 14 ἐξ ὧν ἀδικῶν οὐ δέδωκας δίκην, οἴει δεῖν πλεονεκτεῖν. (Cf. Schol. ad Aesch. Eum. 95 ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα Ἀγαμέμνονα, ἀπώσασθε) apud posteriores scriptores cernitur etiam in genitivo ὧν a nomine suspenso, ut apud Demosth. or. 21, 3 δίκην βουλόμενοι λαβεῖν ὧν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐτεθέαντο (Μειδίαν) θρασὺν ὄντα καὶ βδελυρὸν καὶ οὐδὲ καθεκτὸν ἔτι

atque apud Byzantinos etiam in dativo οἷς, ut apud Theodorum Prodromum Rhodanth. et Char. IV, 36 sq.

ἄλλοις δὲ πολλοῖς εἰ θελήσεις ἂν μάθοις
καὶ μᾶλλον οἷς μοι τῆς τύχης δωρουμένης
μόνῳ μὲν ἄρχειν, ἄλλα δὲ θραύειν κράτη
οὐκ ἠθέλησα τῆς τύχης μοι τὴν χάριν
καὶ μέχρι τοῦ σοῦ, Μιστύλε, φθάσαι κράτους.
μὴ γὰρ κρατοίην οἷς κρατῶ τῶν φιλτάτων,
μηδ' εὐτυχοίην οἷς καθαιρῶ Μιστύλον
μηδ' εὐποροίην ἐξ ἀπανθρώπων πόρων
βλάπτων ἐμαυτὸν οἷς φίλου βλάβην θέλω,
συλῶν ἐμαυτὸν οἷς συλῶ τὰ Μιστύλου.

Cf. ib. IV, 192. VI, 312. Tzetz. Chil. VII, 416 et infra not. 157).

Haec satis sunto ad id quod erat propositum, ut lineis circumducerem orbem collectum illum ab attractioniis testimoniis iis quae nunc persequenda sunt.

Jam igitur postquam exposuimus quomodo singula hujus attractionis genera, si hujus ipsius naturam atque indolem intuemur, orta et pedetentim dilatata cogitanda sint, proximum est ut ratione historica quaeramus, qualis attractionis vita per singulas quibus Graecae litterae continentur aetates appareat, vel ut ejus historiam condamus. Ac revera litterarum monumentorum quae aetatem tulerunt ea est condicio, ut attractionis nascentis, adolescentis, vigentis, marcescentis, decrepitae imaginem praebeant satis dilucidam.

Primum igitur quaerendum est, quando hoc attractionis genus in Graeca lingua ortum sit. Atque ut summam totius disputationis brevi praecidam, quod jam ante hos duos annos dissertatione mea de attractionis usu Aeschyleo scripta [53]) p. 1 affirmavi, hujus attractionis exempla in litterarum monumentis ante bella Persica ortis reperiri nulla, sed vetustissimum ejus testem esse Aeschylum, id tantum abest ut nunc improbem, ut etiam acrius [54]) in hac perstem sententia.

---

[53]) De attractionis in Graeca lingua usu quaestionum particula I. De attractionis usu Aeschyleo. Vratislaviae 1866.

[54]) Nam etiam locum Epicharmi, Aeschylo illius paulo vetustioris, quem ibi pro testimonio quamvis incerto posui, attractionis exemplorum numero eximendum esse infra p. 51 docebo.

Scio sane grammaticos plerosque[55]) aliter statuere, quum hanc attractionem, quae cernitur in accusativo pronominis rel., jam in Homericis carminibus reperiri contendant. Itaque ne illud temere dixisse videar, nunc proferenda sunt argumenta certa, praesertim quum his supersederint etiam qui illis oppositam sententiam in medium protulerunt, Steinthalius[56]) et Bekker[57]). Ac parum circumspecte hos omnino attractionem pronominis rel. in carminibus Homericis admissam negasse non opus est pluribus exponere, quum structuras in Odyssea obvias, qualis est

τὴν δὲ γυναῖκα
εὗρον ὅσην τ' ὄρεος κορυφήν.

illius initia exhibere supra (p. 32) docuerimus. Ac ne C. G. Krueger[58]) quidem, etsi his consideratius judicavit, hanc quaestionem ita absolvit, ut quaevis dubitatio sublata esset. Videtur autem ea optime sic institui, ut primum quae illi sententiae suae protulerunt testimonia examinemus, deinde sintne alia ab his praetermissa scrutemur.

Ac primus quidem locus Il. ψ, 649

ὥς μευ ἀεὶ μέμνησαι ἐνηέος οὐδέ σε λήθω
τιμῆς ἧστέ μ' ἔοικε τετιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς.

frustra ab illis citatus est. Genitivus ἧστε non in attractione, sed in verbo τιμᾶν causam suam habet: est genitivus pretii idem atque πολλοῦ (τιμᾶσθαι, Her. III, 154). Structura enim hic supponenda τιμᾶν τινά τινος *(aliquem aliqua re dignum habere)* luculenter

55) Cf. Buttm. § 143, 13. Thiersch § 344 b. Kühner § 787, 2. Bernhard Synt. p. 301. Krueger de attr. p. 273. Ambiguam reliquit rem Lobeckius ad Soph. Aj. p. 274.

56) Zschr. f. Völkerpsych. I, 161: „Die progressive Assimilation des Relativpron. ist schwieriger zu erklären und bei Homer noch nicht mit Sicherheit nachweisbar."

57) Ber. d. Berl. Acad. 1864 S. 93: „da sich von Attr. kein zweites Beispiel finden will, nicht bei Homer oder Hesiod, nicht bei den ältern Elegikern oder Pindar, denn dass Thiersch aus der Ultima Thule des homer. Gesanges ω, 31 beibringt, das ist eitel Uebereilung."

58) Di. § 51, 9: „Die gewöhnliche Assimilation des Relativ scheint bei Homer nicht vorzukommen.

A 1. Man könnte hieher ziehen Il. ψ, 649 und Od. ω, 30. Allein Il. υ, 181 steht auch Τρώεσσιν ἀνάξει τιμῆς τῆς Πριάμου. Es scheint also hier überall ein Genitiv der Relation vorzuliegen."

comprobatur locis Lys. or. 6, 21 ἑαυτὸν τιμησάμενος δεσμοῦ, Plat. Gorg. p. 516 A. Lucian. Amor. § 30 ἀνδριάντων σε ἐτίμων, Aristid. or. XXXIX, p. 492 aliisque multis[59]) et confirmatur similitudine structurae adjectivi ἄτιμος et verbi ἀτιμάζειν, quae cum genitivo structa habes Thuc. III, 58, 4. Plat. Legg. 774 B; 810 A. Soph. Oed. R. 789. Oed. Col. 50 (μή μ' ἀτιμάσῃς ὧν σε προστρέπω φράσαι). Reperiuntur sane in Homericis carminibus hujus usus testimonia nulla, frequentia autem sunt exempla huic simillima adjectivi ἄξιος cum genitivo conjuncti[60]). Ac ne ea quidem quam illi supponunt structura τιμᾶν τιμήν τινα[61]) in illis usitata, sed fere constanter dativus rei certae qua aliquis honoratur additus est, ut δώροις, δωτίνῃσι etc. Unde ne quis hoc loco genitivum ἧστε pro dativo ᾗτε per attractionem positum opinetur, illud obstat, quod dativi pronominis rel. attractio a Graecorum poetarum usu semper aliena atque etiam apud scriptores prosaicos tantum in dativo objecti admissa est, id quod alias accuratius demonstrabo. Latiorem autem ejus fines in carminibus Homericis quam in posterioris aetatis monumentis fuisse vix credibile videbitur intuentibus quantula sint in iis initia attractionis verae, quae supra tractavimus. Sed enuntiatum ἧστέ μ' ἔοικε τετιμῆσθαι μετ' Ἀχαιοῖς omnino non cum nomine in unum orbem colligendum, sed utrumque separatim a praedicato primario οὐδέ σε λήθω suspensum est per idem genus anticipationis quod apparet locis Od. γ, 184

οὐδέ τι οἶδα
κείνων[62]) οἵ τ' ἐσάωθεν Ἀχαιῶν, οἵ τ' ἀπόλοντο.

Od. λ, 174 εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος, ὃν κατέλειπον,
ἢ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, ἦέ τις ἤδη κτλ.

Od. τ, 325 πῶς γὰρ ἐμεῦ σύ, ξεῖνε, δαήσεαι, ἤ τι γυναικῶν
ἀλλάων περίειμι νόον καὶ ἐχέφρονα μῆτιν.

---

59) Incerta est structurae ratio locis Plat. Legg. IV p. 721 E τῶν τιμῶν ὧν τιμῶσι τοὺς ἄλλους et Liban. T. II p. 156 τῆς τιμῆς ἧς με τετίμηκας, quos Lobeckius ad Soph. Aj. v. 493 p. 272 sq. et auct. p. 406 [3] laudavit.

60) Cf. Il. ϑ, 234; ο, 719; χ, 885; Od. α, 318 etc.

61) Usus ea est Aristides T. I p. 284 τιμῆς, ἥν με τετιμήκατε.

62) Recte Ameisius genitivum κείνων a pronomine τι pendere negavit.

Od. ζ, 157 ἔνθα σέ φημι
πάντων Φαιήκων εἰδησέμεν ὅσσοι ἄριστοι.
Aesch. Ag. 1318 οὐκ οἶδα βουλῆς ἥστινος τυχὼν λέγω.
Soph. Trach. 1123 τῆς μητρὸς ἥκω τῆς ἐμῆς φράσων ἐν οἷς
νῦν ἐστιν. Cf. Eur. Iph. A. 1117.

Idem significant verba οὔ σε λήθω quod οὐκ οἶσθα.

Itaque nihil ad id quod attractionis Homericae defensores demonstrare voluerunt hic locus facit.

Difficilior est quaestio de loco altero ab iisdem citato

Il. ε, 265 τῆς γάρ τοι γενεῆς ἧς Τρωΐ περ εὐρυόπα Ζεὺς
δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος, οὕνεκ' ἄριστοι
ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε.

Non sane refutata est illorum sententia ratione ea quam editores amplexi sunt auctore Lobeckio (ad Soph. Aj. p. 274[2] not.) qui hunc locum ab attractionis testimoniis ablegandum censuit, quia genitivus ἧς esset partitivus, ut Arist. Lys. 1183 ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν; Eur. Tro. 1192 ὧν ἔχω λήψει τάδε; Xen. Cyr. IV, 1, 2 χαριστήρια χρὴ ἀποτελεῖν ὧν ἂν ἔχωμεν. Nam primum hi quidem loci sunt alius generis, quoniam qui in his occurrit genitivus ὧν non est partitivus, sed in attractione causam suam habet totaque enuntiatio rel. attr. genitivi partitivi vices gerit suspensi a verbis ξενίζειν, λαμβάνειν, ἀποτελεῖν. Sed ne ille quidem, quem cum hoc componunt interpretes, versus subsequens 268

τῆς γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης

eorum sententiae favet. Est sane genitivus τῆς γενεῆς partitivus utroque loco. Num vero inde consequitur idem dicendum de genitivo ἧς? Minime. Ratio enim genitivi ut cujusvis casus pronominis rel. non e nomine, ad quod enuntiatio rel. pertinet, sed ex indole enuntiationis rel. pendet. Immo vero ex hac re, quod notio partitiva jam genitivo nominis significata est, recte concludetur non opus esse eam iterum exprimi. Indolem autem enuntiationis rel. consideranti ἧς pro genitivo partitivo habere contra justam rationem mihi videtur. Nam illi equi sunt propaginis a Jove Troi datae, non cujus pars data

est. Nam hoc si verum esset, non constaret illos equos fuisse in numero eorum, quos Jupiter Troi dono dedit[63]).

Jam quum haec ratio ferri non queat, circumspicientibus aliam nulla se offert nisi ut genitivum ἧς in attractione causam habere statuamus. At huic obsistunt difficultates tot tantaeque, ut quum eam improbandam ducam assensu grammaticorum consideratorum quidem omnium me non destitutum fore sperem.

Nolo nunc illud pro argumento adhibere, quod praeter hunc unum locum hujus attractionis exemplum in Homericis carminibus esse nullum hac commentatione perspicuum fiet. Nam posset quispiam argutias mihi obicere, qui pro demonstratis supponerem demonstranda, id quod eo magis reformido, quo infensiore ipse sum animo consuetudini quorundum philologorum, imprimis dico Batavorum principem, Cobetum[64]), qui secundum leges quas ipsi excogitaverunt atque commenti sunt potius quam via ac ratione in litterarum monumentis observaverunt atque comprobaverunt, textum scriptorum praecipue Atticorum non tam corrigunt quam corrumpunt. Sed concedam potuisse hoc loco attractionem admitti: illud tamen jure meo vindicabo, ne ea fines egrediatur, quibus attractionis usus si minus per totam graecitatem, certe per eam quae Homericae proxima fuit aetatem tenebatur. Hoc autem exemplum tantum abest ut cum ceteris concinat, ut eam quam hic sibi Homerum sumpsisse statuendum esset licentiam, ulli unquam, quamvis attractionem in deliciis habuerit, scriptori Graeco permissam fuisse concedere non possim. Constat, ut fert natura attractionis, enuntiationum rell. attr. longe plurima pars e pronomine rel. et verbo finito; nonnunquam additum est subjectum aut objectum alterum, rarius utrumque, haud raro adverbialis determinatio. Fere nunquam autem eae amplificatae sunt additamentis, qualia hic vide-

---

63) Eadem ratione ducti supra p. 13 not. 20) laudavimus Madvigium *quorum* pro genitivo partitivo haberi posse negantem loco Luccei (Cic. ad fam. V. 14) *cum aliquid agas eorum quorum consuesti.*

64) Ut duo afferam exempla cum hac quaestione cognata, non minus arbitrarium est, quod Cobetus Nov. Lect. p. 436 sq. structuram ἡμῖν ἔδοξεν ἐλθεῖν αὐτοῖς (pro αὐτούς) ab Atticorum sermone exulare jussit quam quod ib. p. 237 accusativos σφᾶς et αὐτόν ad subjectum enuntiati primarii relatos cum infinitivo strui posse negavit, id quod alio tempore accuratius demonstrabo.

mus, appositione ad pronomen rel. relata (υἷος ποινὴν Γανυμήδεος), aut enuntiatione iis subordinata, ut

οὕνεκ᾽ ἄριστοι
ἵππων, ὅσσοι ἔασιν ὑπ᾽ ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε.

Alterutra si est adjecta, attractio omitti solet. Cf. Il. γ, 123. Archil. fr. 6. Pind. Pyth. III, 78. Aesch. Pers. 43. Suppl. 265. Ag. 642. Soph. Oed. Col. 1569. Eur. Iph. Taur. 63; fr. 771; fr. 781 N. Hippol. 44. Ion. 1144. Androm. 570. Mosch. id. IV, 13. Lycophr. 1256. Rhian. fr. 3, 3 (Mein. Anal. Alex. p. 186). Apoll. Rhod. I, 732; Babr. I, 20, 4 etc. — Il. η, 138; ω, 59; χ, 319; ε, 325; φ, 442. Od. ι, 453; θ, 493; η, 271. Hes. theog. 46. 533. Archil. fr. 6. Eur Herc. Fur. 10. Or. 78. Iph. A. 173. Arist. Thesm. 936. Apollophan. com. Κρητ. fr. I, 3. Callim. h. in Del. 206. 308. Apoll. Rhod. I, 13; III, 1178. Nicand. Ther. 903 etc. Et si hoc vel illo loco prosaicorum scriptorum inde a Demosthene factum est, ut pronomen rel. cui addita est appositio casui notionis regentis assimilaretur, haec, ut erat consentaneum, alteram traxit assimilationem appositionis ipsius, quae jam non in accusativo quo debebat, sed in eo quem pronomen rel. induit casu posita est, ut Demosth. c. Phil. II § 17 = Phil. IV § 12 οἷς γὰρ, οὖσιν ὑμετέροις, ἔχει, τούτοις πάντα τἄλλα ἀσφαλῶς κέκτηται[65]). Itaque etiam hoc loco pro accusativo ποινήν genitivus ποινῆς poni debuit. Et si in monumentis graecitatis multo inferioris, in scriptis Novi testamenti, in quibus attractionis usus non solum creberrimus, sed etiam latissimus est, semel accidit, ut enuntiatio rel. cui alia subjuncta est, attraheretur, ut Act. Apost. 1, 1 τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη, tamen etiam hic locus excusationem habet, quae Homerico asseri non potest. Enuntiatio rel. subjuncta nihil aliud nisi adverbii temporalis vices gerit totaque enuntiatio rel. attr., id quod attractionis proprium docuimus, facile structura participiali circumscribi potest ita: πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ

---

65) Appositione potitur his locis attractio, quam potiri subjecto in locis Homericis supra p. 33 demonstravimus, potiri praedicativis nominibus infra demonstrabimus.

Ἰησοῦ ἄχρι τῆς ἀναλήψεως ποιηθέντων τε καὶ διδαχθέντων. Hanc autem excusationem loco Homerico adhibebis frustra, siquidem enuntiatio οὕνεκ' ἄριστοι κτλ. explicandae appositioni υἷος ποινὴν Γανυμήδεος inservit, non adverbii instar cum verbo δῶκε struenda est. Denique ne illud quidem praetermittendum videtur, quod cumulatae essent h. l. licentiae duae, quarum neutra separatim concedi potest.

Quae quum ita sint quum attractionem hoc loco statui non posse demonstrasse mihi videar, ipse accusativus ποινήν viam ostendit, quam ingressi liberemur ex angustiis, in quas nos ipsi adduximus. Illi ut respondeat objectum pronomine rel. comprehensum, pro ἧς accusativus ἥν scribendus est, quem jam a Bekkero l. l. propositum esse valde gaudeo, etsi ejus argumenta sententiam spectantia amplecti nolo. Rationes quibus genitivus ἧς in textum venerit, excogitari possunt plures; e quibus ut unam eligam, origo corruptelae in mala librarii sollertia posita esse potest, qui quidem cum Eustathio (ad Il. p. 147, 10) nullam inter attractionem adhibitam et omissam differentiam ratus quam in posteriorum scriptorum operibus sexcenties extantem deprehenderat eandem Homerico loco obtrudere non dubitavit[66]).

Superest locus tertius, quo attractionis usum Homericum comprobare studuerunt grammatici, Od. ω, 31

ὡς ὄφελες τιμῆς ἀπονήμενος ἧσπερ ἄνασσες
δήμῳ ἐνὶ Τρώων θάνατον καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Quem nollem Lobeckius dixisset ambiguum, sed alienum. Nam dativo ᾗπερ, ex quo illi genitivum ἧσπερ ortum volunt, omnino locus non fuit, siquidem dativus cum ἀνάσσειν verbo aliter strui non potest nisi ut personam aut rem significet, cujus aliquis dominus est vel in quem (quam) dominationem exercet[67]), id quod in hunc locum

---

66) Contrarium accidit locis Soph. El. 636
(ὅπως) εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων ὧν νῦν ἔχω
et Eur. Alc. 501 εἰ χρή με παισὶν οἷς Ἄρης ἐγείνατο
μάχην συνάψαι,
siquidem qui flagitantur attractionis legibus genitivus ὧν et dativus οἷς in libris optimis in accusativos ἅ et οὕς mutati sunt.

67) Cf. Il. α, 180. 288. Od. α, 117. 402. δ, 93.

non quadrare manifestum est. Sed structura ἀνάσσειν τιμῆς luculentissime comprobatur loco Il. υ, 181

ἐλπόμενον Τρώεσσιν ἀνάξειν ἱπποδάμοισιν
τιμῆς τῆς Πριάμου

fulcrumque accipit similitudine locorum duorum[68]) Eur. Iph. T. v. 31

οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος.

et v. 17 ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας
Ἀγάμεμνον.

Itaque, ut summam faciam, loci a viris doctis prolati attractionem eam, quam nos nunc quaerimus, jam in Homericis carminibus invaluisse non probant. Alia autem ab his praetermissa testimonia in his carminibus nulla sunt. Nam nihil attinet dicere de genere locorum, qualis est Od. ζ, 193

οὔτ' οὖν ἐσθῆτος δευήσεαι οὔτε τευ ἄλλου,
ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην ταλαπείριον ἀντιάσαντα,

vel Il. ω, 344 εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇτ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
=Od. ε, 48 ὧν ἐθέλει.

et Il. ω, 335 σοὶ φίλτατόν ἐστιν
ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι καί τ' ἔκλυες ᾧ κ' ἐθέλησθα,

quandoquidem in eo casus pronominis rel. non ab ipso verbo finito, quod est auxiliare, sed ab infinitivo verbi primarii supplendo pendet. Ejusdem generis sunt structurae, in quibus enuntiatio rel. verbis ἐθέλειν vel βούλεσθαι continetur, Hes. theog. 340. Philipp. in Anthol. Pal. IV, β, 14. Nonn. Metaphr. V, 104. Tzetz. Chil. IX, 148. C. I. n. 2833; 3059, 19; 2439, c, 8; 2850, d, 6; 3831, 11; 3902; 4248 etc.

Attractionem autem in carminibus Homericis nondum invaluisse evincitur etiam majore argumento, quod omnes enuntiationes rell. quarum verbum requirit accusativum, hunc ipsum exhibent. Sunt sane inter has tales a quibus etiam apud scriptores posterioris aetatis attractio aliena futura fuerit,

---

68) Quem ut plane comparem laudavit Lobeckius locus Demosth. (p. cor. p. 266, 3) τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν comparari non potest, siquidem ἄρχειν ἀρχήν (non ἀρχῆς) constans fuit formula.

ut Il. γ, 123 εἰδομένη γαλόῳ Ἀντηνορίδαο δάμαρτι,
τὴν Ἀντηνορίδης εἶχεν κρείων Ἑλικάων,
Λαοδίκην Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην.
Il. β, 690 κούρης χωόμενος Βρισηΐδος ἠυκόμοιο,
τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας
Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης[69]).

Il. η, 112; ν, 696 = ο, 336; ξ, 434 = φ, 2 = ω, 693; ξ, 490; ω, 756; χ, 11; η, 138; ξ, 290; ω, 59; η, 452; π, 222; χ, 319; ε, 423; ε, 325; ο, 580; ψ, 776; η, 90; ν, 242; π, 260 (= Cent. Hom. p. 59, 4 ed. Steph.); π, 590; ψ, 432; ω, 758; φ, 442; ω, 528; ψ, 135; χ, 272; φ, 31; φ, 457. — Od. ο, 364; κ, 139; γ, 84; η, 322; γ, 489; δ, 144; δ, 188; ι, 453; θ, 493; γ, 391; η, 271; γ, 103; λ, 545; θ, 415; τ, 534; σ, 145; ξ, 425; ρ, 340; α, 218; η, 220; μ, 259.

Nec vero desunt tales, in quibus scriptores qui floruerunt, quum attractio jam invaluisset, eam adhibuissent, ut

Il. ε, 320 οὐδ' υἱὸς Καπανῆος ἐλήθετο συνθεσιάων
τάων, ἃς ἐπέτελλε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης[70]).
Od. γ, 126 οὐδ' ἐνοσίχθων
λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι
πρῶτον ἐπηπείλησε.
Il. ι, 400 ἔνθα δέ μοι μάλα πολλὸν ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγήνωρ
κτήμασι τέρπεσθαι, τὰ γέρων ἐκτήσατο Πηλεύς.
Il. ν, 82 ὣς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον
χάρμῃ γηθόσυνοι, τήν σφιν θεὸς ἔμβαλε θυμῷ.
Il. χ, 234 Δηίφοβ', ἦ μέν μοι τὰ πάρος πολὺ φίλτατος ἦσθα
γνωτῶν, οὓς Ἑκάβη ἠδὲ Πρίαμος τέκε παῖδας.
(pro quo sensu incolumi dici potuit γνωτῶν ὧν Ἑκ. ἠδ. Πρ. ἔτεκε.)
Od. λ, 174 εἰπὲ δέ μοι πατρός τε καὶ υἱέος οὓς κατέλειπον

---

69) Causae propter quas ab his Homericis reliquisque locis attractionem alienam dixi proferentur alio loco, quum de discrimine inter attractionem adhibitam et omissam diserte agetur.

70) Cf. Cent. Homer. p. 3, 17 ed. Steph.
ἀλλ' ἔτι που μέμνητο ἐφετμέων, ἃς ἐπέτελλεν,
ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.

Od. α, 108 ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν, οὓς ἔκτανον αὐτοί.
υ, 3 κώεα πόλλ' οἴων, τοὺς ἱρεύεσκον Ἀχαιοί.
ψ, 178 ἀλλ' ἄγε οἱ στόρεσον πυκινὸν λέχος, Εὐρύκλεια,
ἐκτὸς ἐυσταθέος θαλάμου, τόν ῥ' αὐτὸς ἐποίειν.
ξ, 4 ὅ οἱ βιότοιο μάλιστα
κήδετο οἰκήων, οὓς κτήσατο δῖος Ὀδυσσεύς.
δ, 676 οὐδ' ἄρα Πηνελόπεια πολὺν χρόνον ἦεν ἄπυστος
μύθων, οὓς μνηστῆρες ἐνὶ φρεσὶ βυσσοδόμευον.
ι, 460 κὰδ δέ κ' ἐμὸν κῆρ
λωφήσειε κακῶν, τά μοι οὐτιδανὸς πόρεν Οὖτις.
ρ, 140 ἀλλὰ τὰ μέν μοι ἔειπε γέρων ἅλιος νημερτής,
τῶν οὐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ἔπος οὐδ' ἐπικεύσω,

ubi attractio adhiberi potuit hac ratione: οὐδὲν ὧν μοι εἶπε γ. α. ν. Itaque in carminibus Homericis ex demonstrativa quidem enuntiationum junctura facta est relativa, sed nondum enuntiatio rel. adeo dignitate destituta et notioni regenti enuntiationis primariae subjecta est, ut pronomen rel. quem illa requirat casum induat, nisi jam verbum finitum in ea periit.

Neque ejus quam nos nunc quaerimus attractionis exempla conspicua sunt in litterarum monumentis inde ab Homericorum carminum aetate usque ad bella Persica ortis, carminibus Hesiodeis, reliquiis cyclicorum epicorumque qui hos secuti sunt Asii, Pisandri, Antimachi, Panyasidis, Choerili, Orphicorum et didacticorum vel philosophorum, Xenophanis, Parmenidis, Empedoclis, in hymnis, epigrammatis, batrachomyomachia Homeri quae feruntur, in fragmentis iambographorum, elegiacorum, melicorum, dramaticorum Aeschylo vetustiorum, in reliquiis eorum qui oratione pedestri primi usi sunt, logographorum et philosophorum. Qui huic rei adversari videntur loci, si accurate excutimus, non adversantur.

Non vera et genuina Pittaci, sed a Diogene Laertio mutata sunt verba, quae illi ab hoc tribuuntur I, 75 (Mullach fr. philos. II, p. 225) in hunc modum: Κροίσου διδόντος χρήματα οὐκ ἐδέξατο εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο διπλάσια; item Clementi Alexandrino, non Pherecydi danda est attractio quae cernitur in loco inter fragmenta Pherecydis relato (n. 113 ed. C. Müller fr. hist. I, 98), quem memoriae

prodidit Clemens Strom. V, p. 567 C. Φασὶ καὶ Ἰδανθούραν, ὡς ἱστορεῖ Φερεκύδης ὁ Σύριος, Δαρείῳ διαβάντι τὸν Ἴστρον πόλεμον ἀπειλοῦντα πέμψαι σύμβολον ἀντὶ τῶν γραμμάτων μῦν, βάτραχον, ὄρνιθα, οἰστόν, ἄροτρον. Ἀπορίας δὲ οὔσης, οἵας εἰκός, ἐπὶ τούτοις Ὀροντοπάγας μὲν ὁ χιλίαρχος ἔλεγεν παραδώσειν αὐτοὺς τὴν ἀρχήν, in quo οἵας εἰκός ad hanc structuram redit οἵαν εἶναι εἰκός.

Qui vero est in sententiis Phocylideis versus 29 (Bergk poet. lyr. p. 362²)

ὧν τοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου[71]),

non est Phocylidis, celeberrimi illius poetae gnomici, sed e Pseudophocylideis, quas ab homine Judaeo post Ptolemaeum Philometorem Alexandriae versante conscriptas esse post Bleekium luculentissime evicit Bernaysius[72]).

Neque ad demonstrandum hanc attractionem jam Pythagorae tempore usitatam fuisse quicquam valent attractionis testimonia extantia in carmine illo ab Hierocle servato et explicato quod inscribitur τὰ χρυσᾶ τῶν Πυθαγορείων ἔπη, v. 30

πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι.

et v. 67 ἀλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν.

Nam hoc carmen non a Pythagora, sed a sectatore quodam ejus disciplinae aetate multo inferiore concinnatum esse nunc nemo infitiabitur[73]). Idem dicendum est de versibus attractionem exhibentibus, quos Pythagorae assignavit Justinus de monarch. dei p. 82 (Mullach fr. phil. I p. 200) κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει·

εἴ τις ἐρεῖ, θεός εἰμι παρὲξ ἑνός, οὗτος ὀφείλει
κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν· ἐμὸς οὗτος,
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν· ἐμός, ἀλλὰ κατοικεῖν
αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε, πεποίηται δ' ἀπὸ τοῦδε.

---

71) Fere integer versus translatus est in Oracul. Sibyll. II, 89

ὧν σοι ἔδωκε θεὸς καὐτὸς χρήζοντι παράσχου.

Ceterum recte editores hanc libris optimis servatam scripturam praetulerunt ei quam Vaticanus, codex deterioris notae, quique ex hoc pendet Marcianus 522 (V. Hart J. J. 1868, 332) exhibent: ὅν τοι ἔδωκε θεὸς πλοῦτον.

72) Das phokylideische Lehrgedicht, Breslau 1856 S. 26 sq. Bleek Theolog. Zschr., herausg. v. Schleiermacher, Berlin 1819, I, 185 sq.

73) V. Bernhard. Gr. Lit. II, 373. Mullach fr. phil. gr. I p. 411.

Nam vix dubitari poterit quin hi versus inter eos sint recensendi, qui primo a. Chr. saeculo ob renovatum Pythagoreae philosophiae studium veteribus Pythagoreis supponerentur[74]).

Denique locum Epicharmi Aeschylo illius paulo vetustioris, quem in dissert. p. 1 propter scripturam ambiguam pro incerto testimonio posui, (fr. incert. 40 p. 267 ed. Lorenz. fr. phil. gr. ed. Mullach p. 141) attractionis exemplorum numero eximendum esse nunc persuasum habeo adductus ratione ea qua nuper eum retractavit Leop. Schmidtius (nunt. Gotting. a. 1865 p. 950 sq.). Itaque hunc locum jam non cum Hermanno et Mullachio scribendum duco

οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδὲν οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
τῶνδέ γ' ὧν ἄμμες νυν ὧδε λέγομες;

nec cum Lorenzio in versu altero ὧν ponendum, sed cum Schmidtio secundum vestigia librorum optimorum Diogenis Laert. (III, 10),[75]) a quo hic locus servatus est, sic scribendum et disponendum censeo

A. οὐκ ἄρ' ἔμολε πρᾶτον οὐδὲν οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον
τῶν θεῶν. B Ἀμὲς νῦν ὧδε λέγομες,

unde efflorescit sensus egregie cohaerens cum antecedentibus

B. *ἀλλὰ λέγεται μὰν χάος πρᾶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.*
A. *πῶς δ'; ἀμάχανόν γ' ἀπ' οὔτινος εἶμεν ὅτι πρᾶτον μόλοι.*

Jam ut his locis attractionem etiam ante Aeschyli aetatem conspicuam esse minime probatur, ita haec res quod accusativus pronominis rel. in litterarum monumentis, quae nunc perlustramus, constanter immutatus remansit, etiamsi assimilationi idoneus erat, gravissimo est documento hanc illa aetate nondum invaluisse. Commemorasse satis erit locos a quorum natura attractio abhorret: Hes. theog. 46. 533; fr. XCVIII; fr. XXV; fr. III ed. Fr. Lehrs[76]); Lesch. Il. parv. fr. (apud schol. Vatic. ad Eur. Tro. 822) ed. Düntzer p. 20; Hom. h. in Bacch. 21; in Ven. 22; in Merc. 44; epigr. I, 4; batrachom. 3; Parmen. fr. 46 (Mull. p. 119); Empedocl. v. 412 ed. M. —

---

74) V. Mullach l. l. p. 410.

75) Cod. Burb. gr. n. 253 τῶν δὲ γεων, reliqui τῶν δ' ὧν.

76) in corpore poetarum epicorum Parisiis 1840. Cf. Düntzer Fr. der ep. Poesie der Griechen bis Alex. d. Gr. S. 40. 46. 56.

Archil. fr. 6 (Bergk poet. lyr. p. 536) et fr. 61 (p. 549), Tyrt. fr. 10 (6), 7 (p. 319); fr. 6 (5), 3 (p. 318), Theognid. v. 850 (p. 428); Sapph. fr. 119 (p. 684 = Anth. Pal. VIII, 489, 1); [Arion.] h. in Nept. v. 11 (p. 662), paean. εἰς Ὑγίειαν (incertum Licymnii an Ariphronis) v. 5 (p. 984 = C. I. I, 509). Sunt vero etiam qui attractionem habere possent loci in carminibus Hesiodeis et quae feruntur Homeri: theog. 473

(ὅπως) τίσαιτο δ' ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο
παίδων, οὓς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.

Scut. v. 6 νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε
τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.

h. in Ven. 160 ἄρκτων δέρματ' ἔκειτο βαρυφθόγγων τε λεόντων,
τοὺς αὐτὸς κατέπεφνεν ἐν οὔρεσιν ὑψηλοῖσιν,

quocum conferas Od. α, 108

ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν, οὓς ἔκτανον αὐτοί.

Jam si quaerimus de usu poetarum lyricorum Aeschyli aequalium quid sit judicandum, nulla attractionis exempla deprehenduntur in fragmentis Simonidis Cei, nulla in carminibus Pindari. Enuntiatio rel. accusativo pronominis rel. comprehensa occurrit apud hos his locis: Simon. fr. 94 (p. 100 B. = Anth. Pal. VII, 677, quocum conferas Il. η, 90. Hippon. epigr. (p. 467 B. = Append. epigr. 44), Aristot. Pepl. v. 6 et 19 (p. 508 B.); Pind. Ol. VI, 93; II, 76; Pyth. II, 27; III, 78; XII, 6; Nem. III, 22; I, 13; VI, 61; Isthm. VIII (VII), 40; VI (V), 48; IV (III), 63 (B.); I, 48; fr. 205 (B. = 138 ed. Schneid.). E quibus unus est in quo non dubitem quin scriptor aetate paulo inferior attractionem adhibiturus fuerit: Isthm. I, 48

μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀνθρώποις γλυκύς,
μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ' ὀρνιχολόχῳ τε καὶ ὃν πόντος τρέφει.

Quum enim enuntiatio rel. ὃν πόντος τρέφει per καὶ particulam cum nominibus antecedentibus copulata et ipsa nominis (τοῦ ἁλιέως) vices gerat, exspectandum fuit, ut notio regens μισθὸς γλυκύς, quem flagitavit dativum, ut impertivit nominibus, eundem pronomini rel. enuntiationis rel. illis coordinatae impertiret. Certe in structuris huic simillimis attractio omissa non est ab Herod. VII, 115 ἀγόμενος ἕκαστον τῶν ἐθνέων καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα; Thucyd. VII, 87, 5 ἔργον

τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον, δοκεῖν δ' ἔμοιγε καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν; Thuc. V, 87 ξυνήκετε ἐκ τῶν παρόντων καὶ ὧν ὁρᾶτε; [Lys.] or. 6, 11 Ἀνδοκίδης δὲ τοσοῦτον καταπεφρόνηκε τῶν θεῶν καὶ ὧν ἐκείνοις δεῖ τιμωρεῖν.

Haec vero ipsa res, quod poetae epici et lyrici, Parmenides, Empedocles, Simonides, Pindarus nulla attractionis habent exempla, Aeschylus autem qui his aetate par aut paululo superior fuit, plus unum habet, summi momenti mihi videtur. Cujus rei causam non hanc fuisse, quod hic, ut plurimum in syntaxi novaverit, ita etiam attractionis hujus quam nunc tractamus inventor exstiterit, ex iis puto elucebit, quae supra p. 28 sq. de attractionis origine disseruimus. Rectum faciemus judicium si perpenderimus, in quanam tragoediae Aeschyleae parte sedem quodammodo ceperit attractio ac quaesiverimus utrum quod de illa est observatum idem in dramatis Sophoclis, Euripidis, Aristophanis appareat.

Jam, ut summam quaestionis comprehendam, attractio apud poetas dramaticos praecipuum fereque unicum locum habet in dialogis; nunquam in canticis[77]) reperitur, immo vero in his nonnunquam[78]) omissa est, quamquam non solum adhiberi potuit, sed vix dubium est quin futurum fuerit ut in dialogo adhiberetur. Attractionis igitur radices non sunt in ea dramatis parte, quae ad exemplar poesis choricae artificiose conformata est, sed in dialogis ortis illis e diverbiis, quae diebus festis imprimis Dionysiacis extemplo atque ex improviso inter ludentes haberi solebant. Jam ut sermo dialogi dramatis Attici e populari locutione ortus est, ita etiam sermonem vitae cotidianae attractionis quasi parentem fuisse supra demonstravimus. Haec si vera sunt, ut videntur, haud scio an aliquid sit quod observavi etiam in iis tragoediae partibus, quae sunt prologi[79]) aut ἀγγελικαὶ ῥήσεις,

---

[77]) Ab Aesch. Sept. 310 et Suppl. 599 attractionem ablegandam censui diss. de attr. Aesch. p. 17 sq.; a Soph. Phil. 709 infra (p. 64 not. 100) ablegandam censebimus.

[78]) Cf. Eur. Suppl. v. 59. Or. v. 1456. Hippol. 527.

[79]) Hoc non irritum fit loco Eur. Ion. v. 32

λαβὼν βρέφος νεογνὸν ἐκ κοίλης πέτρας
αὐτῷ σὺν ἄγγει σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει
ἔνεγκε Δελφῶν τἀμὰ πρὸς χρηστήρια,

attractionis exempla deesse. Hae enim partes, quum epicum habeant colorem, a dictione Homerica propius absunt. Quod igitur apud Aeschylum vetustissima sunt hujus attractionis exempla, id hanc habet causam, quod is est vetustissimus eorum qui aetatem tulerunt auctor ejus litterarum generis vel ut accuratius dicam ejus locutionis, e qua illa exordium cepit. Jam si quaerimus, id quod proxime est quaerendum, quando ante Aeschyli aetatem illa orta censenda sit, quoniam exempla ipsa desunt, certo quidem judicare non poterimus, sed natura exemplorum Aeschyleorum quam fieri potest accuratissime disquisita non improbabilis erit conjectura haud ita multo ante illum hanc attractionem invaluisse. In dialogis tragoediarum Phrynichi, Aeschylo illius aetate paulo superioris, item comoediarum Epicharmi, Chionidis, Magnetis, Ecphantidis, si satis multa nobis essent servata fragmenta, non dubito quin futurum fuerit ut attractionis exempla reperirentur. Nam Epicharmi locum, quem p. 54 laudavimus, ab attractionis testimoniorum numero ablegavimus, non quod illa Epicharmo ignota fuisset, sed quia scriptura illius expers propter sententiam praestare videbatur. Aeschylea autem exempla attractionis imaginem exhibent nondum consuetudine constanti receptae certoque stabilitae, sed fluctuantis atque recens ortae.

Flocci quidem nunc facio hanc rem, quod in fabulis vetustissimis, Persis et Supplicibus, exempla omnino desunt; nam idem accidit etiam in Euripidis fabulis compluribus, in Lycophronis Alexandra et in epicis carminibus poetarum vel infimae aetatis, qua attractio jam diu usitata fuit. Huic rei tum demum aliquid tribuerem, si essent in his fabulis loci, quibus attractio non, ut debebat, admissa, sed omissa esset, id quod aliter se habet.

---

nam hic quoque, etsi in prologo extat, diverbii est, ut imperativus ἔνεγκε docet, nisi praestat pro dativo οἷς ponere particulam ὡς (coll. Soph. Ant. 1108. Trach. 622. Aj. 1048. Phil. 808. Her. I, 24, 3; I, 61, 2; I, 114, 3; II, 121, 10; III, 155, 2; Xen. Anab. IV, 1, 19; Thuc. III, 30). Locus alter, qui hanc excusationem non habet, Dan. fr. v. 22 (Nauck fr. tragg. p. 552; Kirchhoff II, 178)

ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς οἷς ἐδείματο
δίδωσιν Ἀργείαισιν ἔμφρουρον κόραις

ut primum Jacobsius probavit, non Euripidis, sed versificatoris Byzantini est.

Ac ne huic quidem rei, quod non amplius novem attractionis exempla in Aeschyli tragoediis omnibus sunt, plus tribuerem, nisi essent etiam loci, in quibus omissae attractionis vix alia[80]) poterit reddi ratio nisi haec quod attractio nondum firma castra posuit,

Eum. v. 605 οὐκ ἦν ὅμαιμος φωτός, ὃν κατέκτανεν.
et v. 514 πολλὰ δ' ἐκλείπω λέγων
κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.

Praeter haec duo omissae attractionis exempla sunt octo: Sept. 553. 1018. Pers. 43. 61. 920. Suppl. 265. Ag. 2. 642.

Adhibitae autem attractionis exempla haec sunt:

Agam. 812 τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
νόστου δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου.
Cho. 741 δόμοις δὲ τοῖσδε παγκάκως ἔχει
φήμης ὑφ' ἧς ἤγγειλαν οἱ ξένοι τορῶς.
Prom. 448 ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος.
Agam. 331 τοὺς δ' αὖτε νυκτίπλαγκτος ἐκ μάχης πόνος
νήστεις πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει πόλις
τάσσει πρὸς οὐδὲν ἐν μέρει τεκμήριον.
Prom. 963 πεύσει γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ.
Prom. 984 ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ.
Eum. 574 ἄναξ Ἄπολλον, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει.
Sept. 550 εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν.[81])

Quae si intuemur, attractionem tentasse potius, ut ita dicam, qua ingrueret quam in certo locorum genere sedem cepisse manifestum est. Locos similiter constitutos atque Ag. 812. Cho. 741. Prom. 448. Ag. 331 in attractionis testimoniis posterioris aetatis quaeres frustra. Quod vero multo majus est, attractionis usus apparet simplicissimus. Ac primum quidem ea non conspicua est nisi in forma genitivi generis neutri ὧν excepto uno loco Cho. 741, in quo fortasse adhibita non esset, nisi ὑπό praepositio ipsa ante enuntiationem rel.

---

80) Quam dissert. de attr. Aeschyl. p. 42 secutus sum defendendi rationem, expertus quam vere dicatur: „dies diem docet“ ipse nunc jam non probo.

81) Vide de his locis quae exposui diss. p. 4—16.

posita esset, quod si fit, semper pronomen rel. casum, quem illa requirit, induit.[82]) Aliis pronominis rel. formis attractio nondum potita est.

Nondum enuntiatio rel. una aut pluribus vocibus interpositis a notione regenti separata est, sed huic aut succedit, id quod longe frequentissimum, aut antecedit: δικαίων ὧν ἐπραξάμην, φήμης ὑφ' ἧς ἤγγειλαν, πρὸς ἀρίστοισιν ὧν ἔχει πόλις, οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ, οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ, τύχοιεν ὧν φρονοῦσι, ὧν δέδωκ' εὔνοιαν, ὧν ἔχεις αὐτὸς κράτει. Latior est usus jam apud Sophoclem et Euripidem, quum notio regens vim suam in enuntiationem rel. exerceat, etsi complurium vocabulorum intervallo ab ea distat., ut Soph. Oed. R. 148 τῶνδε γὰρ χάριν καὶ δεῦρ' ἔβημεν ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται. Oed. R. 578. 862. 645. Oed. Col. 778. Eur. Iph. T. 513. Thes. fr. 392, 5. Ar. Vesp. 467. Pac. 659. Eubul. fab. inc. II, 8. Alex. fr. inc. VIII, 4. Philem. Παγκρατ. fr. I; inc. XL, 6; Menand. fr. inc. 247.

Nondum enuntiatio rel. attr. ita adjectivi loco haberi coepta est, ut inter notionem regentem aut inter adjectivum et casum nominis ad quod referenda est poneretur, ut Soph. El. 873 ἀνάπαυλαν ὧν
πάροιθεν εἶχες καὶ κατέστενες κακῶν.

Eur. Phrix. fr. 832. Hecub. 1268. Soph. El. 763
μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.

Praedicatum enuntiationis rel. attractae continetur verbis simplicissimis, quae auxiliaribus sunt proxima, habendi, quod, si res in cogitatione positas spectat, in sciendi notionem transit, eorumque desiderativis (interrogandi) et factitivis (dandi, dicendi). Proxime abest ab eo quem supra p. 13 sq. demonstravi attractionis ortu locus Prom. 984 ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ, in quo ad verbum χρῄζεις ex ἐρεῖν infinitivus λέγειν suppleri potest.

Sed quam angustis finibus attractionis usus apud Aeschylum te-

---

[82]) Cf. Her. II, 122, 1; Thuc. VI, 11, 4; 64, 3; Xen. Cyr. VIII, 2, 26; Mem. II, 6, 34. Plat. Cratyl. p. 386 A. Dem. or. 10, 18; p. cor. § 4. C. I. n. 3509, 8. — Her. I, 92, 3; II, 8, 1; V, 92, 7; III, 16, 4. Xen. Oec. 3, 5. Dem. Ol. III, 18. C. I. n. 4957, 19. n. 3509, 8. Menand. Δημιουργ. fr. II, 2; Philem. Ἀδελφ. fr. I, 7; Servil. Damocr. Relax. v. 22 (Poet. did. ed. Bussem. p. 112); dictamn. 52,

neatur, etiam melius cognoscitur ex incrementis, quae illam in Sophoclis tragoediis cepisse videmus.

Itaque nunc ad attractionis usum Sophocleum accuratius tractandum nos accingamus.

Ac primum quidem opus esse mihi videtur exempla secundum genera disposita deinceps proferre omnia ita ut incipiam a genitivo pronominis rel. per attractionem ex accusativo orto, transeam ad dativum, in utroque autem genere enuntiationes rell. attributivas priore, substantivas altero loco ponam. Sunt autem haec:

Trach. 241 ὅθ' ᾕρει τῶνδ' ἀνάστατον δόρει
χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν.
Aj. 993 ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ
ἄλγιστον ὧν προσεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ.
Trach. 623 λόγων τε πίστιν ὧν ἔχεις ἐφαρμόσαι.
El. 763 μέγιστα πάντων ὧν ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
Trach. 680 ἐγὼ γὰρ ὧν ὁ θήρ με [Κένταυρος πονῶν
πλευρὰν πικρᾷ γλωχῖνι][83]) προὐδιδάξατο
παρῆκα θεσμῶν οὐδένα.
El. 636 ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους
εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων ὧν νῦν ἔχω.[84])

[83]) Verba uncis inclusa non a Sophocle scripta, sed manu poetae minoris fabulam retractantis aut histrionis (cf. Wunderi emendd. in Soph. Trach. Grimmae 1841) addita censeo. Vocabulum γλωχίς apud tragicos nusquam reperitur et quo occurrit loco Il. ω, 274 non, ut hic, cuspidem teli, sed τὸ τέλος τοῦ ἱμάντος (Schol.) significat, parumque aptum est πονεῖν verbum pro ἀλγεῖν (a scholiasta glossae loco addito) ad dolorem e vulnere perceptum significandum. Quod vero majus est, nunquam apud tragicos enuntiatio rel., quae ad tantum quantum hic videmus ambitum accrevit, attractionem experta est. Ac ne Aristophanis quidem loci duo Vesp. 684

ἀγαπᾷς οἷς αὐτὸς ἐλαύνων
καὶ πεζομαχῶν καὶ πολιορκῶν ἐκτήσω πολλὰ πονήσας.

et Plut. 212 ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπέ μοι
ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν σείσας δάφνην.

et Apollon. Rhod. IV, 1328 = 1354 τίνετ' ἀμοιβὴν
ὧν ἔκαμεν δηρὸν κατὰ νηδύος ὔμμε φέρουσα.

huic loco patrocinantur; nam in his participia in unum fere coalescunt cum verbis finitis, a quibus separari non queunt, id quod in hunc locum non quadrat. Ceterum etiam Nauckius haec verba in suspicionem vocavit, a qua liberata nego argumentis a Wehlio (Rh. M. XX, 308) prolatis.

[84]) Accuratius infra dicemus de hujus loci scriptura p. 67.

El. 690 ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς[85])
δρόμων, διαύλων, ἆθλ' ἅπερ νομίζεται,
τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
ὠλβίζετο.

Trach. 1208 ὧν ἔχω παιώνιον[86])
καὶ μοῦνον ἰατῆρα τῶν ἐμῶν κακῶν.

Phil. 844 ὧν δ' ἂν ἀμείβῃ μ' αὖθις[87])
βαιάν μοι, βαιάν, ὦ τέκνον,
πέμπε λόγων φάμαν.

Phil. 588 δεῖ δή σ' ἔμοιγ' ἐλθόντα προσφιλῆ λόγον[88])
κρύψαι πρὸς ἡμᾶς μηδέν' ὧν ἀκήκοας.

El. 1108 ἧς ἠκούσαμεν
φήμης φέροντες ἐμφανῆ τεκμήρια;

Phil. 1191 τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ
γνώμᾳ τῶν πάρος ὧν προὔφαινες;[89])

El. 431 ἀλλ', ὦ φίλη, τούτων μὲν ὧν ἔχεις χεροῖν
τύμβῳ προσάψῃς μηδέν.

Oed. R. 148 τῶνδε γὰρ χάριν
καὶ δεῦρ' ἔβημεν ὧν ὅδ' ἐξαγγέλλεται.

---

85) In structura εἰσκηρύττειν δρόμον nihil est quod offendamus; προκηρύττειν δρόμον v. 684 eandem habet significationem.

86) Etiam ad enuntiatum ὧν ἔχω cogitandus est genitivus κακῶν; ut notio medici jam voce παιώνιος comprehensa iteratur voce ἰατήρ, ita etiam quod jam in enuntiato ὧν ἔχω inerat iterum exprimitur genitivo pronominis poss. τῶν ἐμῶν. Recte igitur Wunder attractionem a vocabulorum collocatione excusationem habere adnotavit neque Hermanni conjectura ὡς ἔχω opus est.

87) Structura ἀμείβεσθαί τινά τι extat etiam Oed. Col. 955; Pind. Pyth. IX, 38 (65); Her. II, 173, 2; III, 52, 3 coll. Eur. Suppl. 518. Christ. Pat. 2581. Soph. El. 556. Vide tamen de hoc loco p. 69 not. 102).

88) Superflua est conjectura Linwoodii probata Dindorfio λόγων. Attractionis ratio plane eadem est loco Herod. I, 106 βασιλευσας τεσσεράκοντα ἔτεα σὺν τοῖσι Σκῦθαι ἦρξαν.

89) Sententiam hujus loci enucleavit M. Seyffertus; verba ὧν προὔφαινες cum Hermanno et Wolffio delere per metri rationem non licet. Attractionis exemplum huic compar exhibet epigramma aetatis Romanae in lapide Deliaco inscriptum (C. I. n. 2292, 4 = Append. epigr. 322, 4)

νούσου ἐπεί μ' ἀκέσω βαρυαλγέος οὕνεκα τῶν πρὶν
ὧν πάθον εἰαθεὶς ἐκ σέθεν οἶδα χάριν.

Oed. R. 578	ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνιστορεῖς.
El. 771	οὐδὲ γὰρ κακῶς
	πάσχοντι μῖσος ὧν τέκῃ προσγίγνεται.
Trach. 399	ἦ καὶ τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας νέμεις;
	ἴστω μέγας Ζεύς, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ.
Oed. R. 146	ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε.[90])
El. 319	φάσκων δ' οὐδὲν ὧν λέγει ποιεῖ.
El. 1220	ψεῦδος οὐδὲν ὧν λέγω.
El. 1048	φρονεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν ἐγὼ λέγω.
Trach. 1232	ὡς ἐργασείων οὐδὲν ὧν λέγω θροεῖς.
Trach. 346	ἀνὴρ ὅδ' οὐδὲν ὧν ἔλεξεν ἀρτίως
	φωνεῖ δίκης ἐς ὀρθόν.
Phil. 1394	πείσειν δυνησόμεσθα μηδὲν ὧν λέγω.
Oed. Col. 976	μηδὲν ξυνιεὶς ὧν ἔδρων.
Oed. Col. 1145	ὧν γὰρ ὤμοσ' οὐκ ἐψευσάμην
	οὐδέν σε.
Phil. 253	ὡς μηδὲν εἰδότ' ἴσθι μ' ὧν ἀνιστορεῖς.
Oed. Col. 1155	ὡς μὴ εἰδότ' αὐτὸν μηδὲν ὧν σὺ πυνθάνει.
Trach. 1121	οὐδὲν ξυνίημ' ὧν σὺ ποικίλλεις πάλαι.
Oed. R. 119	ὧν εἶδε πλὴν ἓν οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι.
Thyest. fr. 227 (p. 146 N.)	αἰσχρὸν γὰρ οὐδὲν ὧν ὑφηγοῦνται θεοί.[91])
Oed. R. 862	οὐδὲν γὰρ ἂν πράξαιμ' ἂν ὧν οὔ σοι φίλον.[92])
Phil. 1227	ἔπραξας ἔργον ποῖον ὧν οὔ σοι πρέπον;
Phil. 52	ἀλλ', ἥν τι καινὸν ὧν πρὶν οὐκ ἀκήκοας[93])
	κλύῃς, ὑπουργεῖν.

---

[90]) Enuntiatio rel. attr. ὧν ἐπαιτεῖς a locutione ἐς δέον pendet, quae genitivum adsciscit eodem jure atque ἐς καιρόν (Eur. Or. 384 ἀφῖξαι δ' αὐτὸν εἰς καιρὸν κακῶν. Soph. Phil. 151 φρουρεῖν ὄμμ' ἐπὶ σῷ μάλιστα καιρῷ, ubi notio genitivi in pronomine possessivo σός latet), ἐς ὀρθόν (Soph. Trach. 346 οὐδὲ φωνεῖ δίκης ἐς ὀρθόν) aliaque.

[91]) Hoc loco ne de attractione dubites, verbum ὑφηγεῖσθαι sensu translato significans: *auctorem esse alicujus rei* vel *aliquid suadere*, cum quarto casu struitur, ut docent loci quum multi tum huic simillimus Xen. Cyr. VIII. 7, 15 μὴ ἃ οἱ θεοὶ ὑφήγηνται μάταια ποιήσητε.

[92]) Inanis est conjectura Heimsoethii (Krit. Stud. S. 200 sq.): εἴ τί σοι φίλον.

[93]) Genitivum ὧν non in ipso ἀκούειν verbo, sed in attractione causâm suam habere ex hac re elucet, quod ἀκούειν verbum significans, ut h. l., *aliquid audiendo*

Oed. R. 645 ἀλλ᾽ ἀραῖος, εἴ σέ τι
δέδρακ᾽, ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν.
Oed. Col. 991 ἓν γάρ μ᾽ ἄμειψαι μοῦνον ὧν σ᾽ ἀνιστορῶ.
Oed. Col. 778 πλήρη δ᾽ ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζοις.[94])
Oed. R. 788 καί μ᾽ ὁ Φοῖβος ὧν μὲν ἱκόμην[95])
ἄτιμον ἐξέπεμψεν.
Oed. Col. 50 μή μ᾽ ἀτιμάσῃς
τοιόνδ᾽ ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.
El. 167 ὁ δὲ λάθεται
ὧν τ᾽ ἔπαθ᾽, ὧν τ᾽ ἐδάη.
Aj. 115 χρῶ χειρί, φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς.[96])
Oed. Col. 228 οὐδενὶ μοιριδία τίσις ἔρχεται
ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν.[97])
El. 1378 ἥ σε πολλὰ δὴ
ἀφ᾽ ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προὔστην χερί.

---

percipere apud tragicos cum accusativo struitur atque id quidem constanter, si res quae auditu mentem alicujus intrat, pronomine aut adjectivo continetur. ἀκούω τινός idem significat quod οὐκ ἀνήκοός εἰμί τινος i. e. *audio sonum* aut *audiens sum (oboedio) alicui.* Res tam certa est, ut exemplis supersedere possim.

94) De structura verbi χρῄζειν qualis sit apud tragicos cf. diss. p. 13.

95) Exemplis quibus structuram τοῦτο ἱκνοῦμαι, *id venio*, comprobavi diss. p.27, addas duo: Il. ξ, 298. et Soph. Phil. 50.

96) Enuntiatio rel. attr. ὧνπερ ἐννοεῖς non ab accusativo μηδέν, sed a φείδεσθαι verbo regitur: nunquam enim hoc cum accusativo ac ne pronominis quidem struitur, sed οὐδέν est accusativus mensurae, ut El. 716. Eur. Med. 400. Hec. 1045. Herc. Fur. 1400. Xen. Cyr. IV, 2, 1; VII, 1, 29.

97) Τίνειν verbum h. l., ut Aesch. Cho. 650. Soph. Oed. Col. 1203, manifesto significationem habet, quam saepius τίνεσθαι medium, factitivam *(ulciscendi)*; jam, ut par erat, etiam ejus structuram induit, quum genitivum *rei ulciscendae* adscisceret, qui positus est post τίνεσθαι a Sophocle Trach. 808 ὧν σε ποίνιμος Δίκη τίσαιτ᾽ Ἐρινύς, κολάζεσθαι ab Aristoph. Vesp. 244 ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκηκεν, Thuc. I, 96, 1; II, 74, 2; VI, 38, 3; μετελθεῖν ab Arist. Nub. 1466 μετελθὼν ὧν σε κἄμ᾽ ἐξηπάτων atque etiam post ἐκτίνειν *(luere)* ab Arist. Eccl. 663 τῆς αἰκίας οἱ τύπτοντες πόθεν ἐκτίσουσιν; ubi sine justa causa Dobraeus genitivum τῆς libris traditum in accusativum τήν mutavit. — Conjectura Karajani (Rh. M. XII, 305)

οὐδενὶ μοῖρα διὰ τίσιν ἔρχεται
ὧν προπάθῃ· ἀπάτα δ᾽ κτλ.

infelicissima est et propter significationem vocis τίσις quam statuit activam et propter prosodiam praepositionis διά et propter metricam rationem, quam mesodicam esse parum ille perspexit.

Oed. R. 314 ἄνδρα δ' ὠφελεῖν ἀφ' ὧν
ἔχοι τε καὶ δύναιτο κάλλιστος πόνων.
El. 1379 νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω,
αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων.
Oed. Col. 1489 ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν.
Ant. 1068 νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει,
ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω
ψυχήν τ' ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας κτλ.
Oed. Col. 967 ἐπεὶ καθ' αὑτόν γ' οὐκ ἂν ἐξεύροις ἐμοὶ
ἁμαρτίας ὄνειδος οὐδὲν ἀνθ' ὅτου
τάδ' εἰς ἐμαυτὸν τοὺς ἐμούς θ' ἡμάρτανον.
Oed. Col. 478 ἢ τοῖσδε κρωσσοῖς οἷς λέγεις χέω τάδε;
Oed. R. 351 ἐννέπω σὲ τῷ κηρύγματι
ᾧπερ προεῖπας ἐμμένειν.
El. 177 μήθ' οἷς ἐχθαίρεις ὑπεράχθεο μήτ' ἐπιλάθου.
Phil. 1012 δῆλος δὲ καὶ νῦν ἐστιν ἀλγεινῶς φέρων
οἷς τ' αὐτὸς ἐξήμαρτεν οἷς τ' ἐγὼ 'παθον.
Oed. Col. 1412 ἔπαινος ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον.
Oed. Col. 334 ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ.
Phil. 907 ΝΕ. αἰσχρὸς φανοῦμαι· τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι.
ΦΙ. οὔκουν ἐν οἷς γε δρᾷς· ἐν οἷς δ' αὐδᾷς, ὀκνῶ.
Oed. R. 569 ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.[98])
Phil. 50 Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας[99])
γενναῖον εἶναι, μὴ μόνον τῷ σώματι.

In universum sunt exempla 61.[100]) Omissa autem est attractio tan-

[98]) Cf. ib. 1520 ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην.

[99]) Supponenda est structura eadem quae Oed. R. v. 788. Cf. not. 95).

[100]) Attractionis exemplorum numero eximendos censeo hos locos:
Phil. 709 οὐ φορβὰν ἱερᾶς γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων
αἴρων τῶν νεμόμεσθ' ἀνέρες ἀλφησταί.
Nam genitivus τῶν a νέμεσθαι verbo pendet, quod h. l. ut significatum, ita etiam structuram verbi γεύεσθαι habet, ut τέρπεσθαι Il. ι, 705, ἥδεσθαι Soph. Phil. 715, εὐωχεῖσθαι Ar. Vesp. 1305, ἐμβάλλεσθαι Ar. Pac. 1312, alia quae dabit Bernhard.

tum locis 26, qui sunt: Oed. R. 394. Oed. Col. 1256. Phil. 493. Oed. Col. 1569. Trach. 1166. Oed. Col. 129. fr. 225 (N. p. 145)

Synt. p. 168. Ceterum hic locus cantici est (vid. p. 56) et assimilatae formae pronominis rel. a τ littera incipientis exempla apud tragicos desunt.

Oed. Col. 1705 ᾇς ἔχρῃζε γᾶς ἐπὶ ξένας ἔθανε,

nam ante genitivum ᾇς subaudienda praepositio ἐπί structuraque haec supponenda ἐφ᾽ ᾇς γᾶς ξένας (θανεῖν) ἔχρῃζεν, ἔθανε. Ceterum χρῄζειν *desiderare* significans non cum accusativo, sed cum genitivo substantivi consociatur (v. diss. p. 13).

Trach. 1194 ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ᾽ αὐτόχειρα καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλων
σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν,

quoniam οἷς dativus a praepositione ξύν pendet et ad χρῄζεις verbum ἐξᾶραι, ἐκτεμεῖν, ἐμβαλεῖν infinitivi cogitatione supplendi sunt (v. diss. p. 13.).

Ant. 682 ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,
λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.

et Oed. R. 707 σύ νυν ἀφεὶς σεαυτὸν ὧν λέγεις πέρι
ἐμοῦ ᾽πάκουσον,

nam genitivus ὧν ut a πέρι praepositione suspensus fiat, sententia requirit.

Phil. 471 ἱκέτης ἱκνοῦμαι, μὴ λίπῃς μ᾽ οὕτω μόνον
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ᾽ οἵοις ὁρᾷς
ὅσοισί τ᾽ ἐξήκουσας ἐνναίοντά με.

Nam quod de dativo ὅσοισι manifestum est, idem de dativo οἵοις, utpote qui illi plane congruus sit, statui consentaneum est, ut ab ἐνναίων participio suspensus sit. Suidam legisse τοῖσδέ γ᾽ ὁρᾷς e corrupta codicis Leidensis scriptura τοῖσδέ γ᾽ εἰσορᾷς certo colligi non potest; sed etiamsi hoc verum esset, in γε particula ab hoc loco plane aliena facile manus Byzantini interpolatrix deprehenditur, nec rem suam bene gessisse censendus est Dindorfius quum scribendum proposuit τοισίδ᾽ οἷς ὁρᾷς.

Oed. R. 362 φονέα σε φημὶ τἀνδρὸς οὗ ζητεῖς κυρεῖν,

nam aperte genitivus οὗ non, ut auctore Triclinio (v. p. 23) Ellendtius (lex. Soph. II, 367) et Scheuerleinius (synt. gr. p. 505) statuerunt, a verbo ζητεῖς, sed a φονέα accusativo etiam ad hoc verbum ζητεῖς cogitando pendet et κυρεῖν infinitivus cum σέ accusativo structus objectum verbi φημί efficit.

Aj. 1379 (θέλω) καὶ ξυμπονεῖν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν ὅσον
χρὴ τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσιν πονεῖν βροτούς,

nam recte jam Hermannus accusativum ὅσον libris omnibus traditum ita tutatus est, ut ad μηδὲν ἐλλείπειν participium ξυμπονῶν audiendum esse diceret. De accusativo ὅσον cf. Eur. Or. 701 τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως ὅσον θέλεις
et Hec. 795 τυχὼν δ᾽ ὅσον δεῖ (ita scribendum est cum. cod. opt. Marciano A.) Scripturae ὅσων, cujus auctor exstitit Porsonus (Adv. p. 198), quia in Laur. A. superscriptum sit ωι, obstat usus poetarum omnium, apud quos οὐδὲν (μηδὲν) ὧν (ὧνπερ Arist. Thesm. 398. Ran. 14) perpetuo, οὐδὲν ὅσων nunquam occurrit.

Aj. 493 καί σ᾽ ἀντιάζω πρός τ᾽ ἐφεστίου Διὸς
εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοί,

El. 1144. Oed. R. 383. Oed. Col. 989. El. 408. Phil. 803. Aj. 255. Phil. 977. 1147. Trach. 834. Phil. 600. Oed. R. 1298. Trach. 1150. El. 441. Ant. 666. Oed. R. 346. Oed. Col. 223. Trach. 350. Phil. 1161. Aj. 1379.

Itaque hi ne dimidiam quidem partem efficiunt attractionis exemplorum, quum apud Aeschylum haec ab illis numero vel superentur. Attractionis autem exemplorum numerus apud Sophoclem plus sex partibus major est quam apud Aeschylum. Nec vero huic rei multum tribuerem, nisi manifestum esset, ubi attractio adhiberi posset, nunquam eam apud Sophoclem omissam esse. Hinc proficiscendum est,

---

nam genitivus ἧς, quem Brunckius, attractionis ille amator (v. diss. p. 3) in textum posuit, tantum codicibus deterioris notae continetur; dativum ᾗ, qui est in libris optimis, inde a Lobeckio editores omnes recte reposuerunt.

Ant. 1090 (τρέφειν) τὸν νοῦν ἀμείνω τῶν φρενῶν ἢ νῦν φέρει,
nam nihil est, quod ἤ particulam cum Brunckio in ὧν genitivum aut cum Schneidewino in ἅς accusativum ad τῶν φρενῶν referendum mutemus; nam in structura τὸν νοῦν τῶν φρενῶν nihil offensionis inesse elucet e Soph. R. 524 (γνώμῃ φρενῶν) et Trag. adesp. fr. 240 (N. p. 689) ἐξαφαιρεῖται φρενῶν τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν.

Oed. R. 853 οὔτοι ποτ', ὦναξ, σόν γε Λαΐου φόνον
φανεῖ δικαίως ὀρθόν, οὗ γε Λοξίας
διεῖπε χρῆναι παιδὸς ἐξ ἐμοῦ θανεῖν,

nam pessime se habere genitivum οὗ e Dresd. B. ab Elmslejo commendatum adnotavit jam Hermannus; scribendus est secundum optimos libros accusativus ὅν.

Oed. R. 817 τίς τοῦδε τἀνδρός ἐστιν ἀθλιώτερος,
τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν γένοιτ' ἀνήρ,
ᾧ μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα
δόμοις δέχεσθαι μηδὲ προσφωνεῖν τινα,

nam ne hic quidem quem Elmslejus praestare dixit genitivus οὗ ferri potest; nunquam dativus attractionis vi in genitivum mutatus est.

El. 1127 ὥς σ' ἀπ' ἐλπίδων
οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον εἰσεδεξάμην,

in quo quum Hermannus ὧνπερ pro αἷσπερ positum dixit ipse descivit ab eo quod recte ad Oed R. 817 adnotavit. Praepositio ἀπό etiam ante genitivum ὧνπερ cogitatione supplenda est.

Ant. 691 λόγοις τοιούτοις οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων,
nam dativus οἷς non a κλύων participio, sed a τέρψει verbo finito pendet.

Ant. 1194 τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν εἰς ὕστερον
ψεῦσται φανούμεθα,

nam ὧν gen. a ψεῦσται requiritur.

Oed. Col. 35 (αἴσιος) σκοπὸς προσήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι,
nam ὧν gen. ab ἀδηλοῦμεν i. e. ἄπειροί ἐσμεν pendet.

ut recte judicemus de loco, quo sitne attractio statuenda necne e diversis librorum scripturis ἃ et ὧν pendet, El. 636. Quem ego supra inter attractionis exempla retuli sic scribendum ratus

ἔπαιρε δὴ σὺ θύμαθ' ἡ παροῦσά μοι
πάγκαρπ', ἄνακτι τῷδ' ὅπως λυτηρίους
εὐχὰς ἀνάσχω δειμάτων ὧν νῦν ἔχω.

Est sane ἃ accusativus in Laurentiano A, qui omnium librorum optimus habetur, Laurentiano B, Parisino C, sed etiam genitivus ὧν habet auctoritatem non spernendam: est enim, ut omittam codices deterioris notae, quos Jahnius indicavit, in Parisino A, cujus quidem recensio non e La. pendet, sed suum habet fontem; hinc transiit in Aldinam et receptus est a Brunckio, Elmslejo, Schneidewino. Accusativum ἃ praeferendum censuit G. Hermannus asseclas nactus Jahnium, Nauckium, Wolffium, atque hunc etiam in novissima Oxon. editione typis exprimendum curavit Dindorfius, adnotans tamen ὧν genitivum fortasse se recte habere. Ac profecto necessaria est attractio. Genitivus enim δειμάτων cujusque attributi expers enuntiatione demum relativa intellectum nanciscitur; tali autem vinclo cum nomine cohaerentem enuntiationem rel. attrahere nunquam omisit Sophocles. Frustra quispiam provocet ad locum Phil. 803

τὸν τοῦ Διὸς παῖδ' ἀντὶ τῶνδε τῶν ὅπλων,
ἃ νῦν σὺ σώζεις, τοῦτ' ἐπηξίωσα δρᾶν.

Nam hic tantum abest ut τῶν ὅπλων genitivus necessario flagitet qua definiatur enuntiationem rel., ut addito pronomine demonstrativo τῶνδε satis clarum ac distinctum intellectum habeat, tantumque abest, ut enuntiatio rel. ἃ νῦν σὺ σώζεις in continuitatem structurae ab ἐπαξιοῦν verbo suspensae recipienda, ut per se struenda sit. Sensu incolumi h. l. enuntiatio rel. deesse, Electrae loco deesse non potuit. Contraria igitur ei quam Il. ε, 265 (p. 49) statuimus corruptela in Laurentianum A h. l. invasisse censenda est: qui glossematis loco superscriptus erat accusativus ἃ genuinam lectionem ὧν expulit.

Sed non solum frequentior, verum etiam latior apparet attractionis usus Sophocleus quam Aeschyleus. Iis quae jam supra (p. 58sq.) de hac re exposui nunc addo haec.

Apud Aeschylum forma fere unica, in qua attractio cernitur, est

ὧν genitivus generis neutri; apud Sophoclem etsi in hac frequentissima est attractio, — ὧν locis 40, ὧνπερ semel, — tamen ea potita est etiam hac forma generis masculini et feminini, — locis 6 — genitivis ὅσων — semel —, ἧς —, ut apud Aeschylum, semel —, ὅτου in formula ἀνθ' ὅτου — semel —, dativis masculini et neutri οἷς — locis 9 — et ᾧπερ — bis —. Apud Aeschylum enuntiatio rel. attracta semper indicativo continetur, apud Sophoclem nonnunquam etiam conjunctivo, ἄν particula modo addita, modo omissa — ὧν ἂν ἀμείβῃ μ' αὖθις λόγων, ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ, μῖσος ὧν τέκῃ, ὧν προπάθῃ τὸ τίνειν —, semel optativo — πλήρη ὧν χρῄζοις. Tales autem enuntiationes rell. in universum attractioni minus obnoxias fuisse inde elucet, quod indoles et natura illorum modorum fert, ut non tam praedicamentum quod dicunt philosophi essentiale i. e. quod cum notione alicujus nominis artissime cohaeret exprimant, quam quod condicionis instar extrinsecus ad illud nomen accedit ponant[101]). Itaque verum assequemur, si hoc attractionis genus initium cepisse conicimus ab enuntiationibus rell. substantivis i. e. iis quae ipsae substantivorum vicibus funguntur, atque ex his demum hic illic irrepsisse in attributivas. Transitum fecisse videntur loci quales sunt Aristophanis Vesp. 561

ἔνδον τούτων ὧν ἂν φάσκω πάντων οὐδὲν πεποίηκα.

Nub. 942 κᾆτ' ἐκ τούτων ὧν ἂν λέξῃ.

Lys. 1121 οὗ δ' ἂν διδῶσι πρόσαγε τούτου λαβομένη.

Cf. Andoc. or. IV § 34. Hippocr. περὶ νούσων I c. 22 (II. p. 169); Xen. Mem. II, 1, 25. Cui rei etiam usus egregie convenit. Nam ut apud Sophoclem inter quinque ejusmodi attractionis exempla quatuor sunt enuntiationis rel. substantivae, unum attributivae — ὧν ἂν δ'

101) Ita vides attractionem adhibitam ab Herod. IX, 120 ἀντὶ τῶν χρημάτων τῶν ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ θεῷ et I, 29 ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο, non adhibitam IV, 64, 1 τῆς ληίης μεταλαμβάνει, τὴν ἂν λάβωσι et I, 29 κατείχοντο δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι, τοὺς ἄν σφι Σόλων θῆται et locis trag. adesp. fr. 409 λύπας μὲν ἀνθρώποισιν θεοὶ τοῖσιν διδοῦσιν, οὓς ἂν ἐχθαίρωσι; Soph. Ant. 666

ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν.

Arist. Vesp. 1458 τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν φύσεος, ἣν ἔχοι τις ἀεί. Maneth. Apotel. VI (III), 457; III (II), 94. Qu. Smyrn. II, 380 etc.

ἀμείβῃ μ' αὖθις — λόγων Phil. 844[102]) —, ita etiam in litterarum monumentis posterioris aetatis multo rarius haec attractio in enuntiationum rell. genere attributivo[103]) quam in substantivo[104]) apparet.

Qui debebat esse accusativus pronominis rel. apud Aeschylum semper a verbo finito vel ab infinitivo cum illo in unum conjungendo pendet, apud Sophoclem in formulis ἀνθ' ὧν et ἀνθ' ὅτου jam non semper a verbo finito regitur, sed argumento totius enuntiati praecidendo et comprehendendo inservit. Verum quidem ortum formulae ἀνθ' ὧν demonstrat Xen. Hell. IV, 8, 6 ὀργιζόμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀνθ' ὧν ἐπεπόνθει, aliquantulum etiam Sophoclis locus Oed. Col. 1489

ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεσφόρον χάριν
δοῦναί σφιν,

sed plane in conjunctionis vim ea abiit locis duobus: Ant. 1068

ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω

et Oed. Col. 967 ἀνθ' ὅτου τάδ' εἰς ἐμαυτὸν — ἡμάρτανον, quibuscum conferas Ar. Plut. 434. Christ. Pat. 2584. Or. Sibyll. II, 341; III, 328; V, 68. 312. 325. 510. XI, 313. Tzetzae Chil. I, 913; I, 435 (ἀνθ' οὗ ἀνεῖλε Μυρτίλον), apud quem haec formula 32 locis exstat (II, 228. 667. III, 247. 579. 616. 618. 623. 896. IV, 247 302. 622. 679 etc.)

Contra ἐφ' οἷς formula propriam suam significationem retinuit

---

102) Fortasse etiam hoc loco removenda est attractio conjectura:

ἂν δ' ἀνταμείβῃ μ' αὖθις,
βαιάν μοι βαιὰν, ὦ τέκνον,
πέμπε λόγων φάμαν.

Qua simul metro satisfit, quod transpositione ὧν ἂν δ' ἀμείβῃ resarcire studuit Seyffertus. De structura verbi ἀνταμείβεσθαι cf. Oed. Col. 1273 οὐδ' ἀνταμείβῃ μ' οὐδέν. Quod ut statuam, illud potissimum me permovet, quod apud poetas Graecos nullum ejusmodi attractionis in enuntiatione rel. attributiva exemplum occurrit.

103) Vetustissimum exemplum reperitur apud Thucydidem IV, 36, 1 ὁδῷ ᾗ ἂν αὐτὸς εὕρῃ, apud eundem substantivi generis quinque: I, 70, 4; III, 37, 2 et 3; IV, 83, 3; VI, 36, 3; nullum apud oratores Atticos vetustiores, Antiphontem, Andocidem, Lysiam. Cf. Hippocr. περὶ γυναικείων II c. 7 et c. 70 C. I. n. 3524. 30. = 2332, 7; 2333, 14; 2347, 36 ἐν πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσιν οἷς κεν ἁ πόλις συντελέῃ.

104) Cf. Amphis Πλάνος fr. I, 3; Menander fr. inc. 83, 1; Lys. or. 9, 12; 12, 35; 31, 4; Xen. Mem. IV, 1, 4; Dem. Ol. II, 31; c. Phil. I, 46; de pace § 2 etc.

apud Sophoclem Phil. 50 δεῖ σ' ἐφ' οἷς ἐλήλυθας γενναῖον εἶναι et Oed. R. 569 ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ aeque atque apud Euripidem Or. 564

ἐφ' οἷς δ' ἀπειλεῖς, ὡς πετρωθῆναί με δεῖ,
ἄκουσον, ὡς ἅπασαν Ἑλλάδ' ὠφελῶ,

nondum conjunctionis vim induit, ut apud Theod. Prodr. Rhod. IV, 132 et ἐφ' ᾧ apud Babr. 93, 3 ὅρκους φέροντες καὶ εἰρήνην,

ἐφ' ᾧ λάβωσι τοὺς κύνας πρὸς αἰκίην[105]).

Denique apud Sophoclem attractio jam non, ut apud Aeschylum, tenetur enuntiatis rell. quae quidem verbo habendi vel. ejus desiderativis et factitivis comprehensae sunt, sed latius vagata passim etiam iis potita est, quae verbo agendi (ποιεῖν, δρᾶν, πονεῖν, ποικίλλειν, ἐξαμαρτάνειν, ὁρᾶν) aut patiendi continentur.

Nihilominus aetate ea qua floruit Sophocles hanc attractionem nondum viguisse, sed vigere coepisse disci potest e perexiguo, si amplum tragoediarum ambitum respicis, numero attractionis exemplorum, quae apud Euripidem, illius aequalem, reperiuntur. Sunt enim pauciora quam apud Aeschylum: hujus versus quisque 550., Euripidis versus quisque 720. unum attractionis exemplum praebet.[106])

In universum non amplius 30 sunt exempla; dimidio igitur major est numerus exemplorum Sophocleorum. Sunt autem haec[107]):

---

105) In sylloga altera apologorum Babrianorum quam iste Minoides Menas in codice Athoo a se repertam viris doctis persuadere voluit, nemo tamen ea quidem qua prodiit forma a Babrio compositam esse credet, ἐφ' οἷς ter extat:

81, 14 καὶ τί δὲ ποιήσω σε νῦν ἐφ' οἷς πάσχω;
85, 16 γέλων παρεῖχεν ἥδ' ἐφ' οἷς μάτην μόχθει;
85, 13 γελῶσ' ἐφ' οἷς χαίνουσα κηλὰς εἱστήκει,

ita sane ut a Graecae linguae legibus nullam offensionem habeat. In fragmento Aristodemi, quod ab eodem Mena suppositum esse nuper C. Wachsmuthius (Rh. M. XXIII, 303—315 et 582—599) contra Schaeferum (J. J. 1868, 81 sq.) et Buechelerum (ib. p. 93 sq. et p. 237 sq.) probare studuit, ἐφ' ᾧ aeque atque Babrii l. l. conjunctionis vi praedita et cum conjunctivo structa est p. 362, 18 ed. Wesch. ἐφ' ᾧ μὴ μακροῖς πλοίοις καταπλέωσι Πέρσαι καὶ μὴ κατίωσιν ita ut nullam reprehensionem habeat. Alia attractionis exempla in hoc fragmento non sunt; omissa ea est locis duobus p. 360, 8 et 363, 1 non sine justa causa.

106) In trimetris Aeschyli 4400 sunt attractionis exempla 8, in Euripidis trimetris 19500 sunt 27, in Sophoclis trimetris 8340 sunt 54, ut hujus versus fere 155. unum attractionis exemplum exhibeat.

107) Eodem quo in Sophocleis locis percensendis ordine utar.

Ion. 1469 μετασχέτω τῆς ἡδονῆς τῆσδ' ἧς ἔδωχ' ὑμῖν ἐγώ.
Med. 296 χωρὶς γὰρ ἄλλης ἧς ἔχουσιν ἀργίας.
Or. 1409 οἱ δὲ πρὸς θρόνους ἔσω
μολόντες ἃς ἔγημ' ὁ τοξότας Πάρις
γυναικός.
Med. 1280 ἅτις τέκνων ὧν ἔτεκες[108])
ἄροτον αὐτόχειρι μοίρᾳ κτενεῖς.
Phrix. fr. 832, 5 τιμωρίαν ἔτισεν ὧν ἔρξεν[109]) κακῶν.
Hecub. 1268 σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν.
Iph. A. 383 ὧν γὰρ ἐκτήσω (sc. λέκτρων) κακῶς ἦρχες.
Hec. 759 οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.
Chrysipp. fr. 837 (N. p. 499) λέληθεν οὐδὲν τῶνδέ μ' ὧν σὺ νουθετεῖς.
Herc. Fur. 1169 τίνων ἀμοιβὰς ὧν ὑπῆρξεν Ἡρακλῆς[110]).
Or. 1447 ἃ δ' ἐφεί-
πετ', οὐ πρόμαντις ὧν ἔμελλεν[111]).

---

108) ὧν genitivus nisi in attractione causam suam habere non potest; nam quominus ab ἄροτον semel posito, bis cogitando suspensus fiat, obstat quod τέκνων τίκτειν ἄροτον supponere vix ac ne vix quidem licet. Seidleri autem conjectura ὄν probata illi Nauckio superflua judicanda. Ceterum hic locus non est cantici, sed τῶν ἀπὸ σκηνῆς.

109) ἔρξεν, non ἦρξεν esse scribendum conjeci diss. p. 46 not. 55), ut respondeat ei quod antecedit κακόν τι πράσσων. ἔρξαι aoristus extat etiam apud Aeschyl. Ag. 1529 et Pers. 236, ἔρξω futurum apud Eur. Med. 1274.

110) Supponenda est structura ὑπάρχειν τι, ut Ar. Lys. 1159 ὑπηργμένων γε πολλῶν κἀγαθῶν, Dem. de fals. leg. § 280 οὓς νόμῳ διὰ τὰς εὐεργεσίας ἃς ὑπῆρξαν εἰς ὑμᾶς, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε. Isocr. p. 307 D. Aeschin. p. 31, 31; 42, 43 etc.

111) Enuntiatio rel. attr. pendet a πρόμαντις nomine, ut genitivus nominis Aesch. Cho. 758 τούτων πρόμαντις et Eur. Hel. 337 πρόμαντις ἀλγέων, ut vertendum sit: *haec autem cum (Orestem) secuta est non praesaga eorum quae in animo habebat (Orestes).* Structura μέλλω τι extra omnem dubitationem vocatur locis Eur. Iph. A. 1118 οἶσθα γὰρ πατρὸς πάντως ἃ μέλλει. Or. 1182 τὸ μέλλειν ἀγαθά. (Med. 758. Soph. Oed. Col. 1634); ὧν genitivum a πρόμαντις bis cogitando suspensum facere per sententiam non licet; in ὧν autem latere nominativum ἅ quominus statuamus duo prohibent, primum quod structura τοῦτο μέλλει (omisso infinitivo γενήσεσθαι) apud tragicos usitata non fuit, deinde quod assimilatio nominativi pron. rel. nullo poetarum Graecorum loco comprobari potest.

Phoen. 195 ἐπεὶ πόθου εἰς τέρψιν ἦλθες ὧν ἔχρῃζες εἰσιδεῖν.

Hel. 446 πείθει γὰρ οὐδὲν ὧν λέγω.

Cycl. 259 ἀλλ' οὗτος ὑγιὲς οὐδὲν ὧν φησιν λέγει.

Ion. 1381 ἵν' εὕρω μηδὲν ὧν οὐ βούλομαι.

Phoen. 482 ἔδρασεν οὐδὲν ὧν ὑπέσχετ', ἀλλ' ἔχει.

fr. inc. 1018 (N. p. 535; inc. 7 D.) τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν ὧν ἁμαρτάνεις.

Antiop. fr. 201 (N. p. 334) ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοεῖ[112]).

Or. 259 ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι[113]).

Temenid. fr. 736 (p. 464 N.) καὶ μνημονεύων οὐδὲν ὧν ἐχρῆν φίλον[114]).

Androm. 1001 δείξει γαμεῖν σφε μηδὲν[115]) ὧν ἐχρῆν ἐμέ.

Iph. Taur. 513 ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω.

Thes. fr. 392, 5 (p. 381 N.) εἴ τι πάσχοιμ' ὧν ἐδόξαζον φρενί.

Ion. 432 ἢ καί τι σιγῶσ' ὧν σιωπᾶσθαι χρεών.

Hec. 1021 ὡς πᾶν τι[116]) πράξας ὧν σε δεῖ στείχῃς πάλιν.

---

112) νοεῖ scribo cum Badhamo; quod enim Stobaei (Flor. 3, 27) libri praebent νοσεῖ sensu carere mihi videtur.

113) Speciosa quidem, sed inutilis conjectura Matthiaei ἴσθ' ὅτι. Recte εἰδέναι infinitivum defendit schol. Gu. Attractionis exemplum huic plane compar est Soph. Oed. R. 645 εἴ σέ τι δέδρακ' ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν (i. e. ὧν ἔδρων κατὰ τὴν αἰτίασίν σου, ut h. l. ὧν οἶσθα κατὰ τὴν σὴν δόξαν).

114) Typothetae errore accidisse videtur, ut in Nauckiana editione nunc legatur φίλου; φίλον accusativus unice verus extat apud Wagnerum fr. Eur. inc. 72 p. 452.

115) Nolo cum Hermanno et Kirchhoffio scribere μηδέν'; nam canon ille Dawesianus („*Si mulier de se loquens pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum; si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem*" cf. Wrobelium de anacoluthis apud tragg. Graec. Vratisl. 1865 p. 17 sq.) in hunc locum non quadrat, siquidem neque mulier de se loquitur — verba sunt Orestis —, neque numerus pluralis adhibitus est Haud raro autem ad sententiam generaliorem reddendam a tragicis neutrum de personis usurpatum esse constat. Cf. Herc. Fur. 280 πῶς γὰρ οὐ φιλῶ ἄτικτον, ἀμόχθησα. Alia dabunt Matth. gr. gr. § 438 p. 986 et Blomf. gloss. Pers. v. 1.

116) πᾶν τι scribendum conicio pro eo quod libris traditum est πάντα. Nunquam enim apud scriptores graecitatis classicae a plurali πάντες, πάντα partitivus genitivus — hujus enim vices gerit enuntiatio rel. attr. ὧν σε δεῖ — pendet, sed semper attributum aut enuntiatio rel. attributiva, ut πάντα τὰ νῦν βεβιασμένα (c. Phil. IV, 13), πάντα ἃ δεῖ (Olynth. II, 23). Injuria a Matthiaeo gr. gr. § 320 huc revocatus est

Tro. 1202	ὧν δ' ἔχω λήψει τάδε.
Med. 400	φείδου μηδὲν ὧν ἐπίστασαι,[117])
	Μήδεια, βουλεύουσα καὶ τεχνωμένη.
Ion. 32	αὐτῷ σὺν ἄγγει σπαργάνοισί θ' οἷς ἔχει.
Alc. 501	εἰ χρή με παισὶν οἷς Ἄρης ἐγείνατο[118])
	μάχην συνάψαι.
Or. 564	ἐφ' οἷς δ' ἀπειλεῖς, ὡς πετρωθῆναί με δεῖ,
	ἄκουσον, ὡς ἅπασαν Ἑλλάδ' ὠφελῶ.[119])

---

locus Thucyd. VIII, 75 ξυνώμοσαν Σαμίων πάντες τὸν αὐτὸν ὅρκον οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ, nam omisit is quae addita sunt verba οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ; item VIII, 69, 1 ἦσαν Ἀθηναῖοι πάντες ἀεὶ ἐφ' ὅπλοις, nam codices tantum deteriores Ἀθηναίων genitivum exhibent. Primus id genus locus extare videtur in libello qui fertur Xenophontis de rep. Athen. 3, 3 πᾶσι διαπρᾶξαι ἡ πόλις τῶν δεομένων οὐχ ἱκανή, nisi hic quoque pro πᾶσι dativus singularis παντί scribendus est; proxima sunt apud Dionysium Hal. (VI, 74; X, 18) et Diodorum (excerpt. Phot. l. XXXVI, p. 532, 37). Contra a locutione πᾶς τις, quae idem fere valet atque ἕκαστος, pendet genitivus partitivus apud Soph. Oed. Col. 25 πᾶς γάρ τις ηὔδα τοῦτό γ' ἦμιν ἐμπόρων. El. 984 πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν. Her. I, 50, 1; III, 79, 1; Thuc. II, 41, et ab ea quae contrarium valet οὐδέν τι enuntiatio rel. attr. ratione eadem qua ego h. l. per conjecturam statuo, pendet apud ipsum Eur. Hec. 759 οὐδέν τι τούτων ὧν σὺ δοξάζεις. Ὧν autem genitivum ab ipso δεῖ suspensum facere propterea non licet, quia tali genitivo non *res quae fiat necesse est, sed persona aut res qua ad aliquid perficiendum alicui opus est* exprimitur, ut Aesch. Prom. 86. Soph. El. 612. Eur. Med. 565. Hippol. 23. 688. 490. Herc. Fur. 1170. 1338. Hel. 1424. Suppl. 789. Phoen. 921. Christ. Pat. 2325. Arist. Nub. 1034, id quod in hunc locum non quadrat.

[117]) Vide quae ad Soph. Aj. v. 115 not. 96) disputavimus.

[118]) Necessario requiritur οἷς dativus attractionis legibus, quum παῖδες notio h. l. enuntiatione demum rel. intellectum accipiat atque cum hac vinclo quo artius cogitari non potest constricta sit, etsi non est in omnibus codicibus. Altera enim Alcestidis recensio, quae continetur libris Havniensi, Parisino (a), Florentinis (b, c, d) praebet accusativum οὕς, quem receperunt Nauckius et Kirchhoffius, altera dativum οἷς, quem praetulerunt editores priores. De scriptura Vaticani ipsius non constat. Ut autem Havniensis e libro fluxit simillimo quidem illo Vaticani, sed jam plurifariam librariorum tentaminibus inquinato, ita recensio altera, etsi interpolatoris manum experta est, tamen e libro saeculo XIII. antiquiore fluxit neque raro sinceram lectionem servavit (v. Kirchhoff Med. praef. p. 40). Itaque accusativus οὕς, ut Soph. El. 636 ἅ, non Euripidis, sed librarii industriae deberi videtur.

[119]) *Nullam attractionem agnosco* his locis:

Tro. 656 ᾔδειν δ' ἁμὲ χρῆν νικᾶν πόσιν
κείνῳ τε νίκην ὧν ἐχρῆν παριέναι. (Cf. Christ. Pat. 551. not. 174).

Nam si ad enuntiatum ὧν ἐχρῆν infinitivus νικᾶν supplendus esset, nullo pacto omitti

Quorum nullum est quo attractio fines quibus ea apud Sophoclem tenetur egressa censenda sit. Nam etiam Ion. v. 432 ἦ καί τι σιγῶσ'

---

potuit accusativus αὐτόν oppositus ille antecedenti ἐμέ; sed est oppositio duorum membrorum manifesto haec

ᾔδειν νικᾶν πόσιν ἀμὲ χρῆν sc. νικᾶν

et ᾔδειν κείνῳ νίκην παριέναι ὧν ἐχρῆν sc. νίκην παριέναι.

Genitivus ὧν a νίκης nomine pendet, ut in structuris νίκη μάχης, πολέμου, παγκρατίου, non a χρή verbo, nam χρή τινος, structura in Homericis carminibus usitata, ab Atticorum poetarum usu abhorret. Cf. Porsonum ad Eur. Or. 659 (667) τί δεῖ φίλων; eadem explicatio adhibenda loco alteri:

Iph. T. 631 ἀλλ' ὧν γε δυνατὸν οὐδ' ἐγὼ 'λλείψω χάριν.

Genitivus ὧν pendet a χάριν accusativo — cf. Soph. fr. 531 N. —, qui cum verbo οὐκ ἐλλείπειν in enuntiatione rel. supplendus est, nisi ὧν in ἥν accusativum mutandus est, id quod Nauckiano invento ὅσον facilius videtur.

Or. 711 ἀλκῇ δέ σ' οὐκ ἄν, ᾗ σὺ δοξάζεις ἴσως,
σώσαιμ' ἄν,

nam ᾗ dativus suspensus, ut ἀλκῇ, a σῶσαι verbo etiam in enuntiato rel. cogitando.

Suppl. 1167 ὁρᾶτε παῖδας τούσδ' ἔχοντας ἐν χεροῖν
πατέρων ἀρίστων σώμαθ' ὧν ἀνειλόμην,

nam ὧν gen. aeque atque πατέρων ἀρίστων a σώματα accusativo e pendenti, ut ajunt, posito pendet.

Suppl. 210 ὡς διαλλαγὰς
ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

Nam structura πένεσθαί τι, quam supposuit Isid. Krausius de attr. p. 8, neque in hunc locum quadrat — non enim de re aliqua perficienda, non de opera navanda agitur — neque Atticis poetis usurpata est. Aeschylus et Euripides — nam Sophocles hoc verbo abstinuit — πένεσθαι non posuerunt nisi aut absolute, ut significet egere, ut Aesch. Ag. 962. Eur. Hec. 1220, aut cum genitivo rei qua aliquis eget, ut Aesch. Eum. 431. — Eur. El. 783 non est legendum, ut Papius in lexico s. v. πένεσθαι censuit, θοίνην πένεσθαι, sed θοίνη γενέσθαι.

Hippol. 686 οὐκ εἶπον, οὐ σῆς προὐνοησάμην φρενὸς
σιγᾶν, ἐφ' οἷσι νῦν ἐγὼ κακύνομαι;

nam dativus οἷσι non per attractionem ex ἅ accusativo ortus, sed ab ἐπί praepositione ipsa suspensus est.

Hel. 1422 ἔστιν τι κἀκεῖ κἀνθάδ' ὧν ἔγωγ' ἐρῶ,

nam unice vera mihi videtur ἐρῶ conjectura Musgravii, probata illa Hartungio, Bothio neque non Hermanno; quod libris traditum est λέγω neque Pflugkii neque Hermanni neque Rauchensteinii (Philol. XXII, 199) explicatione fulciri potest, Kirchhoffii autem conjectura ἔστιν τι τἀκεῖ κἀνθάδ', ὡς ἐγὼ λέγω
parum probabilis videtur.

Hippol. 817 οἴμοι ἐγὼ πόνων [ὧν] ἔπαθον, ὦ πόλις,
τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν.

Delendus est ὧν genitivus traditus nonnullis libris — v. Kirchhoff. adn. crit. I, 488 —

ὧν σιωπᾶσθαι χρεών a loco Soph. Oed. R. 645 εἴ σέ τι δέδρακ', ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν nulla alia re distat nisi quod σιωπᾶσθαι infinitivus est passivi, non, ut δρᾶν activi: structurae indoles eadem est. Immo vero angustioribus finibus circumscriptus Euripideus usus dici potest reputanti deesse exempla attractae enuntiationis rel. quae contineatur conjunctivo aut optativo, aut, ut Soph. Trach. 399 ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ, participio cum verbo auxiliari conjuncto, aut quae comprehensa sit verbo patiendi, cernique attractionem tantum in formis pronominis rel. simplicis ὧν, ἧς, οἷς, non in ὅσων, ὧνπερ, ᾧπερ, ὅτου, non in formula ἀνθ' ὧν etc.

Multo vero gravius argumentum hoc est quod numerus enuntiatorum rell. in quibus attractione omissa accusativus pronominis rel. locum habet, apud Euripidem multo major quam apud Sophoclem apparet. Apud hunc enim 21, apud illum 58 sunt: Herc. Fur. 10. 826. Suppl. 13. Or. 78. Suppl. 645. Iph. A. 173. Or. 63. Alc. 11. Hec. 1051. Suppl. 274. Iph. T. 63. fr. 771 p. 472 N.; fr. 871, 21 p. 478 N. Hippol. 44. Ion. 1144. Alc. 967. 969. Iph. T. 6. Hippol. 747. Ion. 879. Alc. 276. Phoen. 252. Androm. 570. Hel. 896. Tro. 703. Phoen. 912. Bacch. 1215. Ion. 929. Hel. 568. 701. Tro. 902. Herc. Fur. 457. Suppl. 59. Herc. Fur. 1369. Or. 1078. Hippol. 1061. Tro. 1080. Or. 121. El. 1002. Hel. 723. Or. 1456. Iph. T. 696. Cycl. 520. Or. 1588. Heracl. 151. Herc. Fur. 967. Iph. T. 640. Andr. 318. Hel. 1099. 1446. Iph. T. 84. 1455. Herc. Fur. 461. Phoen. 1519. Hippol. 849. Iph. A. 639. Tro. 769. Hippol. 527. Et quamquam a plerisque horum locorum attractio jure ac merito abest, tamen plus unus est quo ejus omissae ratio probabilis

---

non solum quia verba τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν non haberent quocum struerentur, sed etiam propter metricam rationem. Quatuor enim dochmios contineri his duobus versibus docent qui his respondent v. 836 et 837 integri atque incorrupti.

Heracl. 151 οὐ γὰρ φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί που
μόνον τοσαύτης, ἣν ἐπῆλθον, Ἑλλάδος
τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς κατοικτιεῖν.

Nam ipse Elmslejus conjecturam suam ἧς postea (ad Med. v. 291) improbavit: enuntiatio rel. ad nomen proprium relata nunquam attractionem experta est, quia illud jam per se satis definitam notionem habet. Exemplis non opus est.
De Iph. Aul. v. 728 v. not. 136.)

reddi non possit. A canticorum sane elocutione alienam fuisse attractionem, qua in dialogo usurus fuerit etiam Euripides, dici potest locis Suppl. 59

ὅσσον ἐπαλγῶ μελέα
τῶν φθιμένων, οὓς ἔτεκον.

Or. 1456 (αἰαῖ) φονίων παθέων ἀνόμων τε κακῶν,
ἅπερ ἔδρακον, ἔδρακον ἐν δόμοις τυράννων.

Hippol. 527 στάζεις πόθον εἰσάγων γλυκεῖαν
ψυχαῖς χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,

aut majorem enuntiationis rel. ambitum attractioni offecisse, ut

Herc. Fur. 461 ἦ πολύ με δόξης ἐξέπαισαν ἐλπίδες,
ἣν πατρὸς ὑμῶν ἐκ λόγων ποτ' ἤλπισα.

Hecub. 1051 παίδων τε δισσῶν σώμαθ', οὓς ἔκτειν' ἐγὼ
σὺν ταῖς ἀρίσταις Τρῳάσιν.

Neutra tamen excusatio adhiberi potest loco, qualis est

Herc. Fur. 967 οὔ τί που φόνος σ' ἐβάκχευσεν νεκρῶν,
οὓς ἄρτι καίνεις;

aut ib. v. 457 ὦ μοῖρα δυστάλαιν' ἐμοῦ τε καὶ τέκνων
τῶνδ', οὓς πανύστατ' ὄμμασιν προσδέρκομαι.

Quid? Nonne posteriore loco Sophoclem attractione usurum fuisse censebimus considerantes locum simillime constitutum

Trach. 241 ἥρει τῶνδ' ἀνάστατον δόρει
χώραν γυναικῶν ὧν ὁρᾷς ἐν ὄμμασιν,

quo attractionem non omisit, etsi ἅς accusativum ponere per metrum licuit?

Deinde utro tu dices loco faciliorem fuisse attractionem, Sophoclis quo adhibita est,

El. 690 ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς
δρόμων διαύλων ἆθλ' ἅπερ νομίζεται κτλ.

an Euripidis quo adhibita non est

Iph. A. 639 φιλοπάτωρ δ' ἀεί ποτ' εἶ
μάλιστα παίδων, τῷδ' ὅσους ἐγὼ "τεκον.?

Puto hoc, siquidem enuntiatio rel. a vi pronominis possessivi (τῶν ἐμῶν) non multum abest.

Haec vero res explicari non posset, si illa aetate attractio jam fir-

mum certumque domicilium nacta esset. Nam merum arbitrium scriptorum in attractionis usu dominari supra p. 28 negavimus. Illud unum dicendum est aetate illa attractionem structuram novam nondumque consuetam fuisse, magis autem arreptam a Sophocle quam ab Euripide qui nonnunquam ubi ea uti posset veterem structuram retinere maluerit. Hunc autem in universa dictione non tam Aeschyli et Sophoclis exemplum imitatum quam suam secutum esse rationem jam ab aliis est observatum[120]).

Gliscentem paulatim attractionis usum demonstrant comoediae Aristophanis, qui Sophocli et Euripidi etsi suppar, tamen superstes fuit. Est sane numerus testimoniorum attractionis adhibitae apud hunc non tantus quantus apud Sophoclem — sunt enim apud hunc 45, apud illum 61 —, omissae fere par — apud hunc 24, apud illum 20 — cui rei non multum tribuendum esse jam supra docui, sed sunt fines ejus prolati. Quod priusquam argumentis comprobem, opus erit locos omnes qui huc faciunt deinceps proferre.

Adhibita est attractio locis his:

Vesp. 467 τῶν νόμων ἡμᾶς ἀπείργεις ὧν ἔθηκεν ἡ πόλις.
Eccl. 78 τοῦτ' ἔστ' ἐκείνων τῶν σκυτάλων ὧν πέρδεται.
Pac. 579 (ἀναμνησθέντες) τῶν τ' ἐλαῶν
ὧν ποθοῦμεν.[121])
Plut. 1130 σπλάγχνων τε θερμῶν ὧν ἐγὼ κατήσθιον.[122])
Av. 433 κλύων γὰρ ὧν σύ μοι λέγεις
λόγων ἀνεπτέρωμαι.
Plut. 365 ὡς πολὺ μεθέστηχ' ὧν πρότερον εἶχεν τρόπων.
Ach. 870 ἀλλ' εἴ τι βούλει, πρίασο τῶν ἐγὼ φέρω
τῶν ὀρταλίχων ἢ τῶν τετραπτερυλλίδων.
Av. 271 οὗτος οὐ τῶν ἠθάδων τῶνδ' ὧν ὁρᾶθ' ὑμεῖς ἀεί,
ἀλλὰ λιμναῖος (sc. ὄρνις).
Plut. 1128 οἴμοι δὲ κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήσθιον.

---

120) Cf. Bernhard. Synt. p. 13: „*Euripides entfernte sich in der Schreibart, wie in der dramatischen Form und Ausführung auffallend vom hergebrachten Gange.*"

121) ποθεῖν apud scriptores graecitatis classicae cum accusativo strui solet.

122) κατεσθίειν nisi cum accusativo non jungitur.

Eccl. 665 ἀπὸ τῆς μάζης ἧς σιτεῖται.[123])
Vesp. 907 τῆς μὲν γραφῆς ἠκούσαθ' ἧς[124]) ἐγραψάμην,
ἄνδρες δικασταί, τουτονί.
Plut. 1044 τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι.
Ach. 677 οὐ γὰρ ἀξίως ἐκείνων ὧν ἐναυμαχήσαμεν
γηροβοσκούμεσθ' ὑφ' ὑμῶν.
Ach. 152 κάκιστ' ἀπολοίμην, εἴ τι τούτων πείθομαι
ὧν εἶπας ἐνταυθὶ σὺ πλὴν τῶν παρνόπων.
Vesp. 588 τουτὶ γάρ τοι σε μόνον τούτων ὧν εἴρηκας μακαρίζω.
Vesp. 561 ἔνδον τούτων ὧν ἂν φάσκω πάντων οὐδὲν πεποίηκα.
Nub. 942 κᾆτ' ἐκ τούτων ὧν ἂν λέξῃ.
Lys. 1121 οὗ[125]) δ' ἂν διδῶσι πρόσαγε τούτου λαβομένη.
Plut. 1138 εἴ μοι πορίσας ἄρτον τιν' εὖ πεπεμμένον
δοίης καταφαγεῖν καὶ κρέας νεανικὸν
ὧν θύεθ' ὑμεῖς ἔνδον.
Vesp. 1261 ἢ λόγον ἔλεξας ἀστεῖόν τινα
αἰσωπικὸν γέλοιον ἢ συβαριτικόν,
ὧν ἔμαθες ἐν τῷ συμποσίῳ.
Thesm. 555 μὰ Δί' οὐδέ πω τὴν μυριοστὴν μοῖραν ὧν ποιοῦμεν.
Av. 847 οὐδὲν γὰρ ἄνευ σοῦγ' ὧν[126]) λέγω πεπράξεται.
Ran. 14 εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὧνπερ Φρύνιχος
εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κἀμειψίας.
Eccl. 296 (ὅπως) μηδὲν παραχορδιεῖς
ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι.

---

123) σιτεῖσθαι cum genitivo structum est demum apud Manuelem Phil. de anim. I, 24.

124) ἧς genitivus, qui attractionis legibus flagitatur, est in libris omnibus excepto uno B, qui ἥν accusativum praebet. Contra v. 894 ἀκούετ' ἤδη τῆς γραφῆς· ἐγράψατο post γραφῆς genitivum ἧς, ut metrum staret, delendum esse recte vidit Bentlejus.

125) οὗ gen. sensu partitivo a διδόναι verbo pendere non potest, quia de membro corporis porrigendo agitur, ut versu antecedenti 1119 ἢν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε.

126) Laudandus est Cobetus, quod librorum scripturam σοῦ τῶνδ' ἃ mutavit in σοῦγ' ὧν, ut exsistat formula Atticis gratissima οὐδὲν ὧν. Exempla, quae structurae οὐδὲν τῶνδ' ἃ similia quispiam dicat, aut sunt aliter constituta, aut aetatis multo inferioris: Anth. Planud. IV, 255, 5. Greg. Naz. de virt. jamb. XVIII, 661. Nonn. Metaphr. 18, 50. Tzetz. Chil. VI, 194. [Ps. Babr. syll. II, 58, 3 τί τοῦδ' ὃ πράττεις].

Thesm. 398 δρᾶσαι δ' ἔσθ' ἡμῖν οὐδὲν ὧνπερ[127]) καὶ πρὸ τοῦ ἔξεστι.

Plut. 1135 εἴ του δέει γ' ὧν δυνατός εἰμί σ' ὠφελεῖν.

Eq. 1222 σοὶ μὲν προσεδίδου μικρὸν ὧν ἐλάμβανεν.

Eq. 873 κρίνω σ' ὅσων[128]) ἐγῷδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον εὐνούστατόν τε τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν.

Eq. 876 οὐ δεινὸν οὖν δῆτ' ἐμβάδας τοσουτονὶ δύνασθαι, ἐμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὅσων[129]) πέπονθας;

Pac. 659 ὀργὴν γὰρ αὐτοῖς ὧν ἔπαθε πολλὴν ἔχει.

Tagenist. fr. I, 3 (M. II p. 1147) ὅσῳ τὰ κάτω κρείττω 'στὶν ὧν ὁ Ζεὺς ἔχει.

Lys. 1184 ἕως ἂν αἱ γυναῖκες ὑμᾶς ἐν πόλει ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν.

Lys. 146 εἰ δ' ὡς μάλιστ' ἀπεχοίμεθ' οὗ σὺ δὴ λέγεις.[130])

---

127) Verum assecutus est Kuster, quum pro ὥσπερ particula ὧν περ genitivum ponendum censuit.

128) Fuit quum veram judicarem librorum scripturam ὅσον γ', in ὅσος pronomine Graecos attractione abstinuisse ratus (diss. p. 21 sq.). At ponendum fuit ὅσον ἔγωγ' οἶδα; nunc probo ὅσων conjecturam Bentlei et Dobraei receptam ab editoribus, postquam etiam formas pronominis rel. ὅσος attractionem expertas esse cognovi non solum apud poetas sequioris aetatis — Bion. IX (V) 12; A. Pal. XIV, 217, 1; Greg. Naz. jamb. XXI, 241 — et scriptores pedestris orationis — Xen. Cyr. I, 3, 2; Dem. Ol. II, 31. C. I. n. 3137, II, 57 (II p. 693). Ps. Hippocr. περὶ φυσ. παιδ. c. 29 (II p. 516) —, sed etiam apud Sophoclem El. v. 690

ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβῆς
δρόμων, διαύλων κτλ.

quem mihi in memoriam revocavit qui dissertationis meae censuram fecit Tournier Rev. crit. 1867 n. 34 p. 113. Fulcro est huic etiam alter locus Aristophanis.

129) Etiam hoc loco removendam censui attractionem (diss. p. 22) pro ὅσων genitivo ὅσ' εὖ scribendum proponens, nimis fretus Passovio et Papio in lexx. s. v. πάσχειν affirmantibus πάσχειν verbum nisi adverbiis aut adjectivis bonae significationis additis in bonam partem accipi non posse. At errasse illos nunc pro certo mihi est consideranti locos Soph. El. 169. Oed. Col. 1499. Charet. fr. 1, 2 (N. p. 642).

μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν (sc. ἡ γαστήρ)

quem locum Gregor. Naz. de virt. jamb. XVIII, 586 repetivit.

130) οὗ genitivus non ab ἀπέχεσθαι infinitivo supplendo pendet, sed in attractione causam suam habet: enuntiato οὗ σὺ δὴ λέγεις circumscribitur nomen πέος, quod Lysistrata v. 124 effari non dubitaverat, Calonice autem nunc veretur.

Vesp. 244 ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν
ἐπ' αὐτὸν, ὡς κολωμένους ὧν ἠδίκηκεν.
Nub. 1466 ἀπολεῖς μετελθὼν ὧν σε κἄμ' ἐξηπάτων.[131])
Pac. 1205 ἀφ' ὧν γὰρ ἀπεδόμεσθα κἀκερδάναμεν
τὰ δῶρα ταυτί σοι φέρομεν ἐς τοὺς γάμους.
Plut. 212 ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπέ μοι
ὁ Φοῖβος αὐτὸς πυθικὴν σείσας δάφνην.
Lys. 841 καὶ πάνθ' ὑπέχειν πλὴν ὧν σύνοιδεν ἡ κύλιξ.
Nub. 1310 ποιήσει τὸν σοφιστὴν ἴσως
ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατ' ἐξαίφνης λαβεῖν κακόν τι.
Plut. 434 ἢ σφὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην
ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι.
Ach. 6. τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν.
Thesm. 835 ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν.
Eq. 1133 εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ'
ἐν τῷ τρόπῳ ᾧ[132]) λέγεις
τούτῳ πάνυ πολλή.
Vesp. 684 ἀγαπᾷς οἷς αὐτὸς ἐλαύνων
καὶ πεζομαχῶν καὶ πολιορκῶν ἐκτήσω πολλὰ πονήσας.
Lys. 251 ὥστ' ἀνοῖξαι τὰς πύλας
ταύτας ἐὰν μὴ 'φ' οἷσιν ἡμεῖς εἴπομεν.

Omissa est attractio locis his: Pac. 379. Thesm. 936. Ach. 300. Vesp. 1458. 1045. Ran. 1469. Vesp. 440. Pac. 573. Lys. 1290. Eccl. 517. Vesp. 444. Pac. 1241. Ran. 232. Eccl. 825. Pac. 1123. Lys. 736. Nub. 1224. Vesp. 517. Daetal. fr. XI, 2 (M. II, p. 1030).

131) Structura perpetua est ἐξαπατᾶν τινά τι, non τινός.

132) Recte Reiskius, quem secutus est Dindorfius, ὡς particulam libris traditam in ᾧ dativum mutandum censuit; nam ὡς λέγεις propter τούτῳ dativum sequentem ferri non potest, hic autem epanaleptice adjectus est, ut τούτου Lys. 1121
οὗ δ' ἂν διδῶσι πρόσαγε τούτου λαβομένη.
et Philem. fr. inc. XLI, 1 ἂν οἷς ἔχομεν τούτοισι μηδὲ χρώμεθα.
et πάντων Vesp. 561
τούτων ὧν ἂν φάσκω πάντων οὐδέν.
Babr. I, 85, 4 τῶν μὲν πολεμίων τὸ γένος ὧν ὁρῶ πάντων.
et τούτων ἁπάντων
Alex. Δημητρ. fr. VI, 5 παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω τούτων ἁπάντων.
Itaque non opus erit cum Dobraeo pro τούτῳ dativo οὕτω particulam ponere.

Ran. 1048. Vesp. 971. Nub. 117. 863. Pac. 138, plerisque non sine justa causa[133]), nullo sine idonea excusatione. Nam etiam duo Ecclesiazusarum loci v. 517

περιμείνατέ νυν, ἵνα τῆς ἀρχῆς, ἣν ἄρτι κεχειροτόνημαι,
ξυμβούλοισιν πάσαις ὑμῖν χρήσωμαι.

et v. 825 τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν
τάλαντ' ἔσεσθαι πεντακόσια τῇ πόλει
τῆς τετταρακοστῆς, ἣν ἐπόρισ' Εὐριπίδης;

tales sunt, ut attractio adhiberi quidem potuerit, necessaria autem non sit. Priore enim, de quo magistratu (ἀρχή) agatur, ex antecedentibus satis clarum est, simulque, ut voce ἄρτι indicatur, enuntiatio rel. vim quandam causalem habet, siquidem Lysistrata novi sese muneris eas socias habere velle dicit. Vox ἄρτι si abesset, ne Aristophanem quidem attractionem omissurum fuisse puto. Etiam altero loco notio τῆς τετταρακοστῆς per se satis distincta et definita est; nam quam quadragesimam Chremes diceret, omnes qui audiebant bene sciebant; enuntiatum rel. ἣν ἐπόρισ' Εὐριπίδης addit Aristophanes, ut Euripidem cavillandi ansam habeat. Itaque non vertemus: *jurabamus quingenta talenta civitati fore ex quadragesima illa abEuripide inventa*, sed *e quadragesima*, (*nota illa ratione*) *quam invenit Euripides.* Itaque ne hic quidem attractio omissa excusatione caret. Nihilominus etiam hos duos demonstrare fatebimur attractionem illa aetate vigere magis coepisse quam viguisse. Posterioris aetatis scriptor, praesertim si pedestri oratione usus esset, ne his quidem locis attractionem omissurus fuit. Cavendum autem est ne utrique loco quem per metrum licet ἧς genitivum contra libros ingeramus.

Sed jam quibus in rebus latior appareat attractionis usus apud Aristophanem, quam apud dramaticos poetas aetate superiores, quaeramus.

---

133) In acumine comico vel epigrammatico studioque Aristophanis audientium mentibus superveniendi eorumque exspectationem fallendi posita est causa attractionis omissae in eo structurarum genere, quo enuntiatione demonstrativa postposita relativae contrarium continetur ei quod enuntiatione rel. exprimitur, qualis est Ran. 1048

ἃ γὰρ ἐς τὰς ἀλλοτρίας ἐποίεις, αὐτὸς τούτοισιν ἐπλήγης.

Vesp. 971. Nub. 117. 863. Pac. 138.

Ac primum quidem ea apud hunc magis quam apud illos increbuit in aliis pronominis rel. formis praeter ὧν genitivum generis neutri, a quo initia eam cepisse vidimus. Hujus enim sunt apud Aeschylum exemplorum partes septem, apud Euripidem quinque, apud Sophoclem duae, apud Aristophanem dimidia; ὧν genitivi masculini aut feminini generis sunt exempla apud Aeschylum et Euripidem nulla, apud Sophoclem exemplorum pars duodecima, apud Aristophanem octava, ὧνπερ et ὅσων genitivi apud Aeschylum et Euripidem nulla, apud Sophoclem singula, apud Aristophanem bina, ἧς apud Aeschylum et Sophoclem unum, apud Euripidem duo, apud Aristophanem quatuor, οὗ apud Aeschylum, Sophoclem, Euripidem nulla, apud Aristophanem duo, dativorum ᾧ et αἷς apud illos nulla, apud hunc singula.

Deinde enuntiationem rel. attractam jam non ut apud Aeschylum et Euripidem semper, apud Sophoclem fere semper verbis habendi, sciendi, cupiendi, rogandi, dicendi, dandi, faciendi, patiendi, sed quovis agendi verbo contineri videmus. V. p. 42.

Denique etiam ambitus enuntiationis rel. attr. apud hunc major fieri coepit quam apud illos. Non solum multo frequentius addita sunt verbis adverbia aut determinationes adverbiales nominibus comprehensae, ut ἐν τῷ συμποσίῳ Vesp. 1261, ἐν ταῖς κίσταις Lys. 1184, sed etiam subjectum amplificatum est, quum tripertitum sit, ut Ran. 14

εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὧνπερ Φρύνιχος
εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κἀμειψίας,

aut αὐτός pronomine et participiis exaggeratum, ut Plut. 212 [134])

ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ' ἐξ ὧν εἶπέ μοι
ὁ Φοῖβος αὐτὸς πυθικὴν σείσας δάφνην,

et Vesp. 684 ἀγαπᾷς οἷς αὐτὸς ἐλαύνων
καὶ πεζομαχῶν καὶ πολιορκῶν ἐκτήσω πολλὰ πονήσας.

Haec habui de Aristophaneo attractionis usu quae dicenda existimarem.

Poetarum ejus aequalium satis erit proferre exempla: quae sunt Alcaei, quem novissimis antiquae comoediae poetis accenset Mei-

134) Cf. not. 83 Ejusdem generis est etiam attractio loco Babrii 27, 4
ὡς κακὴν χάριν τίνεις
ὧν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σύας.

nekius hist. crit. com. p. 244 sq., in comoedia Παλαίστρα inscripta fr. I (M. II, p. 831)

εἴ τι γρύξομαι

ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ μυός,

et Doricae poesis auctoris, Sophronis illius mimographi, fr. 80 (Ahrens de dial. Dor. p. 473)

ὁ δ' ἐκ σκότεος τοξεύων

αἰὲν ἕνα τινὰ ὧν ρυγαστροφεῖ i. e.

unam ex iis quas in pharetra servat, sagittis[135]).

Jam apud poetas qui inde a fine belli Peloponnesiaci usque ad Alexandri Magni aetatem fuerunt qualis attractionis usus fuerit, quae est reliquiarum paucitas, conicere magis quam certo affirmare possumus.

In carminibus poetarum elegiacorum attractionis adhibitae exempla sunt nulla, omissae non sine justa causa haec: Hipponis (poet. lyr. p. 467 B., Anth. lyr. p. 27 = Append. epigr. 44), Aristotelis Pepl. fr. 2 et 6 (poet. lyr. p. 508 = Append. epigr. n 9, 19 et 58), Simmiae Thebani (Anth. Pal. VII, 22, 5; poet. lyr. p. 497). At parum sufficit numerus et ambitus fragmentorum, quam ut ex iis certi aliquid colligi possit.

Melius nobis res cessit in reliquiis poesis dramaticae. In his quae huc faciunt exempla docent attractionem apud poetas dramaticos qui Euripidem et Aristophanem secuti sunt non solum increbuisse, verum etiam fines suos dilatasse. Sunt enim in Rheso duo, in fragmentis reliquis tragicorum tria, poetarum comoediae quae dicitur media 16, novae 13.

Atque a Rheso fabula ut exordiar — hanc enim post Euripidis mortem ante Alexandri Magni aetatem compositam esse nunc pro certo habeo cum auctoribus gravissimis Boeckhio (princ. trag. Graec. p. 228 sq.), Bernhardyo (hist. litt. Graec. II, p. 883), quos nuper excepit Hagenbachius qui de Rhesi aetate disseruit Basileae 1863 p. 63 sq. —, ab usu poetarum dramaticorum principum non recedit attractionis exemplum v. 171

135) Cf. Ar. Lys. 1184 ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν.

τί δῆτα χρῄζεις ὧν κέκευθεν Ἴλιος;

etsi locus plane huic compar apud illos non reperitur[136]). Enuntiatio rel. attr. partitivi genitivi locum tenet. Contra fines quibus apud illos attractionis usus continetur egreditur v. 848, quem sic scribendum censeo

τίς οὖν τέτρωται, τίς τέθνηκε συμμάχων
τῶν σῶν μολόντων ὧν σὺ πολεμίων λέγεις;

Ut enim ὡς particula propter verborum collocationem qua contortior cogitari non potest intolerabilis videtur[137]), ita ὧν genitivo sententia et structura exsistit pulcherrima, quae etiam similitudine versus sequentis 866

οὐκ οἶδα τοὺς σοὺς οὓς λέγεις Ὀδυσσέας.

fulcrum accipit. Optime eam germanice reddemus dicentes: „*als deine angeblichen Feinde kamen.*" Ut in structuris Homericis poetarumque insequentium, quas p. 32 sq. persecuti sumus, attractio non solum pronomine rel. (ὅσος, οἷος, ἡλίκος), sed etiam nomine subjecti partes tenente potita est, ita hoc loco ea non solum in pronomine rel., sed etiam in nomine praedicative ad illud relato cernitur. Neque id mirum. Quod enim objecto, idem ejus praedicato accidat necesse est. Possit quispiam huic similem dicere etiam attractionem quae est in Sophoclis Oed. Col. v. 334

ξὺν ᾧπερ εἶχον οἰκετῶν πιστῷ μόνῳ,

sed non opus est h. l. hanc supponere structuram ξὺν τούτῳ ὅνπερ εἶχον οἰκετῶν πιστὸν μόνον, quum bene se habeat altera haec ξὺν πιστῷ μόνῳ οἰκετῶν ὅνπερ εἶχον. Sed simillima est structura apud Thucydidem IV, 83, 3 ἔφη Βρασίδαν ἀγαγεῖν καθαιρέτην ὧν ἂν αὐτὸς ἀποφαίνῃ πολεμίων nec dissimilis apud eundem VII, 87, 5 ἔργον τοῦτο Ἑλληνικὸν τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε μέγιστον, δοκεῖν δ' ἔμοιγε καὶ ὧν ἀκοῇ Ἑλληνικῶν ἴσμεν, Xenoph. Oec. 2, 1 ὑπό γε τούτων ὧν σὺ δεσποινῶν καλεῖς οὐ κωλύομαι, Dem. p. cor. § 298 ἐμὲ οὐδὲν προηγάγετο ὧν ἔκρινα δικαίων καὶ συμφερόντων

136) Nam. Iph. A. 728 μητρὸς τί χωρὶς δράσεθ' ἃμὲ δρᾶν χρεών; ἃ accusativus qui in omnibus libris est recte se habet, ὧν genitivus tantum Reiskii inventum est.

137) Bothii conjectura σύμμαχον τὸν σὸν μολόντων ὧν σ. π. λ., ut Krausius de attr. p. 9 adnotavit, improbanda est. Nam accusativi σύμμαχον τὸν σὸν a μολεῖν verbo suspensi dici non queunt.

τῇ πατρίδι οὐδὲν προδοῦναι, c. Phil. IV, 3 προσέχουσιν οὐχ οἷς εἴπομέν ποθ' ἡμεῖς δικαίοις ἢ νῦν ἂν εἴποιμεν. Plat. Phaedr. p. 262 C βούλει ἰδεῖν τι ὧν φαμεν ἀτέχνων τε καὶ ἐντέχνων εἶναι. Hippocr. προῤῥητ. β, c 22 (III p. 382 ed. Erm.) ἢν ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα σημείων εἶναι ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι ἐπιγένηται. Inscr. Delph. C. I. n. 1688, 25 (I. p. 805) τοὶ ἱαρομνάμονες ζαμιούντων ὅτινί κα δικαίῳ σφιν δοκῇ εἶμεν ἐπ[ιζαμίῳ], si recte hanc vocem supplevit Boeckhius. Non praedicati, sed attributi partes gerit nomen, in quod simul cum pronomine rel. attractio irrepsit, duobus locis inter se fere comparibus Demosthenis: c. Phil. II § 17 οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει τούτοις πάντα τἄλλα ἀσφαλῶς κέκτηται et c. Phil. IV § 12 οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει χρῆσθαι τούτοις ἅπαντα τἄλλα βεβαίως κέκτηται. Minime igitur attractionis genus, quod conjectura Rhesi loco ingessimus, exemplis aetatis ejusdem destitutum videmus.

Reliqua tragicorum exempla, quoniam ab iis quae apud priores exstant nihil discrepant, satis erit proferre atque cum similibus illorum conferre.

Τῶν ἀρχαίων τινὶ ποιητῶν adscribit Lycurgus c. Leocr. § 92, alii dederunt Euripidi (fr. inc. 27. Adesp. 240 p. 689 N.) hunc locum

ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει,

quocum cf. Eur. fr. 1018

τὸ μὴ εἰδέναι σε μηδὲν ὧν ἁμαρτάνεις.

Carcini, minoris puto — nam majoris quem Aristophanes vellicavit fragmenta non supersunt[138]) — quem Kayser (hist. crit. tragg. p. 97 sq.) c. Olymp. 92, Bernhardyus (hist. litt. Graec. II, 599) c. Olymp. 100 floruisse censent, est (fr. 9, 2 p. 621 N.) versus

ἓν δρᾷ μόνον δίκαιον ὧν ποιεῖ φθόνος,

cui comparem exhibet structuram Cycl. v. 259

ὑγιὲς οὐδὲν ὧν φησιν λέγει.

Charetis denique, qui quando fuerit non constat, fr. 1, 2 est versus

μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν (sc. ἡ γαστήρ),

quocum comparari potest Arist. Pac. 659

ὀργὴν γὰρ αὐτοῖς ὧν ἔπαθε πολλὴν ἔχει.

---

138) Cf. Kayser hist. crit. tragg. p. 84 sq.

Alexidis fr. inc. VIII, 4 ὧν μὲν πεπόρικεν οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

Babrii 27, 4 ὡς κακὴν χάριν τίνεις
ὧν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σύας.

Jam si ad poetas comicos qui saeculo quarto floruerunt transimus, apud hos attractionem multo latius quam apud omnes poetas patere apparet, primum quod numerus locorum quibus ea est omissa perexiguus, horumque nullus est, quo adhiberi potuerit. Non amplius septem[139]) sunt loci hi: Platonis Ἑλλάδος fr. I, 2 (M. II p. 622), Strattidis Μακεδόνων fr. VII, 2 (M. II p. 774), Apollophanis Κρητῶν fr. I, 3 (II p. 886), Alexidis Πυραύνου fr. III, 2 (M. III p. 476), fr. inc. XXX, 1 (III, 517), Apollodori fr. inc. IV, 2 (M. IV, 456); com. anonym. fr. XV (M. ed. min. p. 1190). Quibuscum si componis locos quibus attractio extat, permagnus eorum apparet numerus, quin etiam major quam apud omnes poetas. Nam qui apud Aristophanem dimidio, apud Sophoclem duabus partibus major fuerat numerus exemplorum attractionis adhibitae quam omissae, apud hos quatuor partibus major est, siquidem attractionis adhibitae sunt 29, omissae 7 exempla. Quae nunc proferam secutus temporis ordinem quo poetae floruerunt.

Agmen ducat Antiphanis Γοργύθου fr. (M. III p. 43)
ἧττόν τ' ἀποσταίην ἂν ὧν προειλόμην.

fab. inc. LXIa (III p. 153) = Menand. fab. inc. 81 (IV p. 256)
ἄνθρωπον ἀπολαύοντα μηδὲν ὧν ἔχει.

Eubuli fab. inc. II, 8 (M. III p. 263)
τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν ἧς εἷλον τότε

Amphidis Ἰαλέμου fr. I, 4 (M. III p. 308)
μηδὲ ἓν πλέον
ὧν βούλεται δρῶν.

Πλάνου fr. I, 3 (M. III p. 312)
λαβεῖν ἀπόκρισιν ὧν ἂν ἐπερωτᾷ τις.

---

139) Comicorum vetustiorum unus huc pertinet locus: Eupolidis χρυσοῦν γένος fr. I (M. II p. 535)
Ὦ καλλίστη πόλι πασῶν, ὅσας Κλέων ἐφορᾷ.

Alexidis Ἀγκυλίωνος fr. I (M. III p. 382)

λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα.

Δημητρίου fr. VI, 5 (M. III p. 405)

παρακμάσαντα δ' ὧν λέγω τούτων ἁπάντων.

Ἰσοστασίου fr. I, 13 (M. III p. 422)

στηθί' ἔστ' αὐταῖσι τούτων ὧν ἔχουσ' οἱ κωμικοί.

Λέβητος fr. III. IV, 5 (M. III p. 438)

ἰχθὺν ὑποτιμήσας ἀποδῶτ' ἐλάττονος
ἧς εἶπε τιμῆς.

Παμφίλης fr. I (M. III p. 461)

Ἐρῶντι δέ, Κτήσων, τί μᾶλλον συμφέρει
ὧν νῦν φέρων πάρειμι.

Παννυχίδος fr. II, 8 (M. III p. 464)

οὐκ οἴομ', οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν ὧν σὺ νῦν ποιεῖς.

Πυραύνου fr. III, 4 (M. III p. 476)

διδασκάλους ἐξεῦρον οὗ λέγω βίου.

fr. inc. VIII, 4 (M. III p. 507)

ὧν μὲν πεπόρικεν οἴεται χάριν τινὰ
ἔχειν ἑαυτῷ.

fr. inc. XXXVII, 2 (M. III p. 520)

ἀβεβαιότατον γάρ ἐστιν ὧν κεκτήμεθα.

Mnesimachi Ἱπποτρόφου fr. v. 2 (M. III p. 568)

μέμνησ' ἃ λέγω[140]), πρόσεχ' οἷς φράζω.

Timoclis Πολυπράγμονος fr. v. 4 (M. III p. 609)

συνιεὶς δ' οὐδὲν εἰκότως ἐγὼ
ὧν ἔλεγεν ἐπένευον διακενῆς.

Philemonis Παγκρατιαστοῦ fr. I (M. IV p. 16)

καὐτόν τι πράττειν, οὐ μόνον τὰς ἐλπίδας
ἐπὶ τῇ τύχῃ χρή, παιδίον, πάντως ἔχειν
ὧν βούλεταί τις.

140) Neque hoc loco neque Aesch. Prom. 1071. Ar. Vesp. 1433. 577. Qu. Sm. X, 365. XIV, 211. III, 628 attractio omissa dicenda est, nam μεμνῆσθαι cum accusativo structum reperitur apud scriptores omne genus: Il. ι, 527. ζ, 222. Od. ξ, 168. ω, 122. Pind. Isthm. VII (VIII), 26. Aesch. Suppl. 205. Her. II, 20; VII, 18.

fr. inc. XL. b (M. IV p. 48) = Stratonis Φοινικίδου fr. v. 2 (M. IV 545)

ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἕν, μὰ τοὺς θεούς,
ὧνπερ λέγει[141]) συνίημι.

fr. inc. XLI, 1 (M. IV p. 49)

ἂν οἷς ἔχομεν τούτοισι μηδὲ χρώμεθα.

Menandri Κεκρυφάλου fr. I, 5 (M. IV p. 147)

ἐὰν πλείους τις ὧν ἔξεστιν ἑστιῶν τύχῃ.

Ὑποβολιμαίου fr. V, 3 (M. IV p. 214)

τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
καὶ πᾶσιν οἷς ἔσχηκεν ἄνθρωπος κακοῖς.

Φιλαδέλφων fr. V (M. IV p. 220)

ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνῃ τις ἄν.

fr. inc. III, 4 (M. IV p. 228)

τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τήθη δὲ τίς;

fr. inc. LXXXIII, 1 (M. IV p. 256)

χαλεπὸν ὅταν τις ὧν πίῃ πλέον λαλῇ.

fr. inc. CLXXI (M. IV p. 272)

(ἐπὰν) ζητῇ τι κρεῖττον ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

fr. inc. CCXLVII (M. IV p. 288)

οὐδὲν κατὰ λόγον γίνεθ' ὧν ποιεῖ τύχη.

Batonis Συνεξαπατῶντος fr. I, 12 (M. IV p. 502)

μεθύοντ' ἐπὶ τούτοις θ' οἷς λέγεις κηλούμενον.

Sosicratis[142]) fr. inc. (M. IV p. 592)

φοβοῦ παρ' αὐτῆς πλείον' ὧν λέγει κακά.

Com. anonym. fr. 351 (M. IV p. 692)

(δυνάμεθα) ἡμεῖς ἀπολαύειν ὧν ἔχουσιν οἱ νέοι.

Quae si consideramus, omnia fere attractionis genera, quae apud tragicos et Aristophanem, obvia sunt. Cernitur enim attractio non solum in ὧν genitivo generis neutri, etsi in hoc etiam apud hos poetas frequentissima est, sed etiam generis masculini (semel), in formis ὧνπερ (semel), ἧς (ter), οὗ generis masculini (semel), cujus exemplum

---

141) Non est quod cum Meinekio loco Athen. XIV p. 659 B scribamus ὧν ἂν λέγῃ.
142) V. Mein. hist. crit. com. p. 499.

nondum cognovimus, in dativo οἷς (quater); pendet enuntiatio rel. attr. a nominibus, ut χάρις, ἀπόκρισις, οὐδέν (μηδέν), τι, a comparativis et superlativis, a verbis, ut ἀποσταίην ἂν ὧν προειλόμην, a praepositionibus, ut περὶ ὧν οἶσθα, μεθ' ὧν ἂν κρίνῃ, et attributi instar ad nomina refertur, ut τῆς πόλεος ἧς εἷλον τότε, aut ad pronomina demonstrativa, ut τούτων ὧν εἴρηκας, οἷς ἔχομεν τούτοισι μηδὲ χρώμεθα. Verba quibus enuntiatio rel. attr. continetur sunt non solum ἔχειν, βούλεσθαι, λέγειν, πορίζειν, ποιεῖν, sed etiam γαμεῖν, φέρειν, αἱρεῖν, πίνειν, neque haec semper indicativo posita: ter conjunctivo ἄν particula addita aut omissa, semel participio: loco Alexidis τί μᾶλλον συμφέρει ὧν νῦν φέρων πάρειμι, qui fines quibus hic usus apud priores poetas tenebatur egressus est. Comparari sane potest locus Sophoclis Trach. 399 (τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας) ὧν γ' ἂν ἐξειδὼς κυρῶ, nam hic quoque accusativus qui debebat esse ἅ non a verbo finito, sed a participio pendet. At hoc loco κυρῶ verbum finitum est auxiliare: ἐξειδὼς κυρῶ sive εἰμί idem fere valet atque ἔξοιδα. Neque alia res est in formulis τῆς εὐνοίας (καλοκἀγαθίας, φιλοδοξίας) ἧς ἔχων διατελεῖ, ἐπὶ τῇ προαιρέσει ᾗ ἔχων διατελεῖ, de quibus diss. p. 38[143]) dixi, [Demosth.] de Halon. § 33 περὶ τῶν ὑποσχέσεων ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπισχνούμενος. Xen. Anab. I, 1, 8 ἐκ τῶν πόλεων ὧν Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων. Arrian. Anab. IV, 26, 7 ἄλλῳ ὅτῳ τις μετὰ χεῖρας ἔχων ἐτύγχανεν. Alexidis autem loco usus hac re dilatatus est, quod verbum finitum (πάρειμι) non est auxiliare, quod sine participio stare non queat, sed per se constat, etsi participium arcte cum eo cohaeret. Plane ejusdem generis est locus Thucydidis VII, 14, 1 ἀφ' ὧν ἔχοντες ἤλθομεν. Etiam longius progressus est usus locis his: Hippocr. νομ. c. 26 (II p. 27 Erm.) καταφαγεῖν ἄλλο τι ὧν οἱ ὑγιαίνοντες ἐσθίοντες ὠφελοῦνται et (paulo post) φαγών τι ὧν βοῦς ἢ ἵππος φαγὼν ὠφελοῖτο. C. I. n. 2556, 10 (II p. 411) ἐπὶ τᾷ χώρᾳ ᾇ ἑκάτεροι ἔχοντες συν-

---

143) Locis quos ibi collegi crebris addas C. I. n. 6819, 14 (IV p. 2); Dem. p. cor. § 54; inscr. Attic. (Rev. arch. 1865 n. 6 = Philol. XXIII p. 694, 19) φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ ε[ὐ]νοίας ἧς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐρανιστῶν; inscr. Gytheat. (Philol. XXV p. 558, 44) ἐπὶ τᾷ εὐνοίᾳ ᾇ διατετέλεκαν ἔχοντες εἰς τὰν πόλιν ἁμῶν; inscr. Pelop. (Rh. Mus. XIII, 530) ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας [ἅ]ς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν

θῆκαν ἔθεντο. n. 2335, 41, (II p. 255) in inscr. secundum Boeckhii opinionem tempore Pompei facta εἰς τὴν ἀπόδοσιν ὧν ἐπείσθη δούς. A participio aeque atque a verbo finito pronomen rel. pendet loco Nicetae Eugeniani II, 167

τούτων μηδὲν ἄῤῥητον λίπῃς
ὧν γεγραφὼς ἔπεμψας πρὸς τὴν παρθένον.

Sed haec satis sunto ut de Alexidis loco, ita de comicorum usu universo.

Proximum est, ut de attractione qualis fuerit apud scriptores pedestris orationis, poetarum dramaticorum aequales, quaeramus.

Sed separandam et in aliud tempus differendam duxi hanc de prosaicis scriptoribus quaestionem. Regnum enim amplissimum attractionis est in oratione pedestri, quippe in qua non solum multo frequentius, sed etiam latius dominetur. Nonnulla ejus genera, ut quod in nominativo aut dativo pronominis rel. cernitur, apud poetas omnino non invaluerunt. Illud tamen unum majus mihi videtur quam ut nunc praetermittam, reperiri hanc attractionem in omnibus Graecis dialectis, creberrime tamen in Attica, quin etiam, quum jam κοινή invaluisset, frequentius apud eos qui Ἀττικώτερον scripserunt, ut apud Lucianum, quam apud eos qui illam suam fecerunt, ut hujus aequalis Plutarchus. Apud Herodotum, si detrahis formulam 31 locis obviam τῶν ἡμεῖς ἴδμεν (οἶδα), non amplius 32 attractionis exempla, in libris Hippocrateis omnibus non amplius 37, contra apud Thucydidem 73, apud Lysiam 55, apud Platonem in unico Timaeo 9, apud Demosthenem in primis X orationibus 53 sunt. Attractionis exempla in litterarum monumentis Dorica dialecto conscriptis habes praeter Sophronis fr. 80 ἕνα τινὰ ὧν ζυγαστροφεῖ in inscriptionibus Cretensibus, Peloponnesiacis, Heracleensibus: C. I. n. 2555, 22 (II p. 409) αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα ἢ τῶν συνεθέμαν; 5775, 30 (III p. 696) ποτθέντες ποττὶ πενθημίγυον ἀφ' ἇς κατεσφάξαμες γᾶς; inscr. Gytheat. (tractata a Sauppio nunt. soc. Gotting. 1865 n. 17. Philol. XXV, 557, 11) περὶ ἐνακοσίαν ἑξήκοντα πέντε δραχμᾶν ἂν ἐδανείσατο ἁ πόλις ἐν τῷ ἐπὶ Δαμαρμένου ἐνιαυτῷ. C. I. n. 2566, 10; 24; 2671, 50; 2477, 6; 26; 29; 5774, 47. Formula in Atticis titulis creber-

rima, de qua diss. p. 38 et supra not. 143) dixi. τᾶς φιλοτιμίας ἕνεκα καὶ εὐνοίας ἇς ἔχων διατελεῖ, Dorice haec est (inscr. Peloponn. tract. a C. Keilio Rh. Mus. XIII p. 530) ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας [ἃ]ς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν (πόλιν) et (inscr. Gytheat. l. l. Philol. XXV, 558, 44) ἐπὶ τᾷ εὐνοίᾳ ᾇ διατετέλεκαν ἔχοντες εἰς τὰν πόλιν ἁμῶν. Denique quod Attice passim (C. I. n. 2329, 20; 2330, 13; 2332, 7; 2333, 14; 2347, 36) scriptum est: ἐν ἀγῶσιν οἷς συντελεῖ ἡ πόλις, in inscriptione illa Gytheatarum (Philol. XXV, 557, 49) Dorice sic legitur ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν οἷς ἂν ποιῇ ἁ πόλις ἁμῶν et Aeolice in titulo Cymaeo (C. I. n. 3524, 30 (II p. 849) ἐν πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσιν οἷς κεν ἁ πόλις συντελέῃ, quocum componas versus Boeoti Arist. Ach. 870

ἀλλ' αἴ τι βούλει πρίασο τῶν ἰὼν φέρω
τῶν ὀρταλίχων ἢ τῶν τετραπτερυλλίδων.

Ac ne illud quidem praetermittendum esse arbitror etiam in pedestris orationis monumentis inde ab Herodoto usque ad Novi Testamenti scriptores continuum apparere attractionis progressum. qui qualis fuerit alio tempore diserte demonstrabo.

Nunc ut quaestionem incohatam perficiam, ut apud epicos et lyricos poetas qui quidem ante Alexandrum Magnum floruerunt attractionis exempla nulla cognovimus, ita apud eos qui post hunc usque ad saeculum sextum fuerunt fere nulla deprehenduntur. Sunt enim nulla apud epicos Alexandrinos: Alexandrum Aetolum,[144]) Ly-

---

144) Stare non potest attractio, quam Meinekius ὡς particula in ὧν genitivum mutanda ingessit loco Alexandri fr. 3. (Anal. Alex p. 230. Anth. lyr. p. 140.)

Ὢν Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω
πατρίδος, — ἀρχαίων ἦν ὅδ' ἀνὴρ προγόνων.

Attractioni enim apta non est enuntiatio rel., quippe quae cum προγόνων nomine non eo necessitudinis vinclo conexa sit, ut per attractionem cum eo in unum coalescere possit. Nam non bene coire apparet tam indefinitam temporis descriptionem, qualis est ἀρχαίων ἦν προγόνων (*priscis erat prognatus proavis*) et enuntiationem rel., quae illam ad finem certissimum redigat. Si enuntiatio rel. omnino ad προγόνων nomen referenda esset, nisi per οὕς accusativum adjungi non poterat, quem cum Schweighaeusero aliquando Bergkius scribendum conjecit (proll. anth. p. X), postea autem propter temporum rationes ipse rejecit. Quum enim Boeotus poeta, de quo agitur, Alexandro (qui floruit inde ab a. 285 usque ad a. 240 a. Chr.) aetate superior fuerit — v. 5 ἔγραφε δ' ὡνήρ —, ejus πρόγονοι qui sunt *proavi*, non, ut Mein. interpretatus

cophronem,[145]) a quo si minus totam, certe longe plurimam partem Alexandrae compositam esse cum Welckero (Graec. trag. p. 1259 sq.) et Bernhardyo (Gr. litt. hist. II, 1027) statuo, Callimachum, in fragmentis Rhiani, Euphorionis, nulla apud Quintum Smyrnaeum, in Orphei quae feruntur Argonauticis[146]) et Lithicis, nulla, apud Colluthum, Musaeum. Quae vero sunt paucissima apud Apollonium Rhodium

Argon. IV, 1328 = 1354 τίνετ' ἀμοιβὴν
ὧν ἔκαμεν δηρὸν κατὰ νηδύος ὔμμε φέρουσα.

et II, 23 = 149 θεσμοῖς γὰρ ὑπείξομεν οἷς[147]) ἀγορεύεις,

---

est, *parentes*, ab Agathocle a. 317 Syracusis expelli non potuerunt, sed Boeotus ipse, id quod comprobatur etiam v. 3

εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν ξεῖνος

Itaque ὡς particulam retinendam censeo et referendam ad versus quosdam praegressos sensu causali: *expulsus est Boeotus ab Agathocle, quia nobili genere ortus erat.*

145) Nam non genitivum (τοῦ), quem schol. par. C. ἀντίπτωσι defendere studuit, sed τόν accusativum secundum codices optimos ponendum esse jam supra (p. 23 not. 31) adnotavi, v. 495

τρίτος δὲ τοῦ μάρψαντος ἐκ κοίλης πέτρας
κέλωρ γίγαντος ὅπλα, τόν ποτ' εἰς λέχος
λαθραῖον αὐτόκλητον Ἰδαία πόρις
κτενεῖ.

146) Eximendus est attractionis testimoniorum numero Argon. v. 102, qui nunc scribitur ἅλις ἔπλετο μόχθων
ὧν ἱκόμην ἐπὶ γαῖαν ἀπείριτον ἠδὲ πόληας.

„*Consueta*, adnotavit J. M. Gessner, *syntaxi* ὧν *accommodavit auctor ad praecedens* μόχθων. *Ceterum requiritur* οἷς *vel* σὺν οἷς.“ At neque consueta illa est syntaxis neque requiritur οἷς simplex dativus. Pro σὺν οἷς autem poni posse ὧν plane incredibile est. Viam ad mendum h. l. removendum praebet metrica illa Cribelli interpretatio quae codicis instar existimanda est:

ex quo terrarum vidi loca plurima et urbes.

Unde colligo pro ὧν scribendum ὡς, etsi hoc non *ex quo*, sed *quum* (*während*) significare puto. Ceterum ex Hermanni adnotationibus hanc conjecturam jam Slothouwero (Act. Soc. Traj. III. p. 150) in mentem venisse video.

147) Priore sane loco II, 23 οἷς dativus conjectura Brunckii continetur spreta illa a Wellauero, Fr. Lehrsio, Merkelio, qui ὡς librorum scripturam retinuerunt. Sed quum Amycus modo θεσμούς illos proposuerit v. 12 sq.

Οὔτινα θέσμιόν ἐστιν ἀφορμηθέντα νέεσθαι
ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅς κεν Βέβρυξι πελάσσῃ,
πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι.

et v. 17 sq. minatus sit

apud Claudianum in Γιγαντομαχίας fragmento, quod e Matritensi codice Const. Lascaris publici juris fecit Iriarte (catal Mss. Graec. bibl. Matrit. p. 219—222)

v. 24 ἀλλὰ πεσόντες

αὐταῖς αἷς[148]) φορέεσκον ἐτυμβεύοντο βολῇσι,

apud Nonnum Dionys. XLI, 327

ὅττι μιῇ πολίων ὧν[149]) ἔλλαχον ἐγγυαλίζει

θεσμὰ Δίκης.

Metaphr. 6, 156 ὄφρα κεν ὧν γενέτης ἐμὸς ὤπασε μηδέν' ὀλέσσω.

7, 118 ἔργων ὧν κάμεν οὗτος ὑπέρτερα θαύματα ῥέξει;[150])

apud Tryphiodorum v. 151

ὥς κεν ἕκαστος

ἄξιον ὧν ἐμόγησε λάβῃ γέρας ἱπποσυνάων,

ea, si unum Claudiani, quo singularem excusationem habet attractio,

εἰ δ' ἂν ἀπηλεγέοντες ἐμὰς πατέοιτε θέμιστας,

ἤ κέν τις στυγερῶς κρατερὴ ἐπιέψετ' ἀνάγκη,

requiritur nunc θεσμοῖσιν οἷς ἀγορεύεις, quod idem fere valet atque τοῖς σοῖσι θεσμοῖσι. Sensus, si omnia accurate perpendimus, non is esse potest: *obsequemur legibus, ut dicis* (pro *ut vis*), sed *legibus, quas tu dicis.* Accedit quod etiam altero loco in libris est οἷς dativus, et hanc etiam h. l. scripturam reperisse scholiastam Laur. apparet ex hujus adnotatione: ἐπίσχες, ὅστις ποτὲ ὑπάρχεις. πειθαρχήσομεν γὰρ οἷς λέγεις νόμοις. Causa autem quae Brunckium ad ὡς particulam mutandam permovit nulla est. Parum enim juste in attractione singularem quandam Graeci sermonis elegantiam quam saepe librariorum lascivia oblitteraverit rimatus esse sibi visus est. Cf. p. 28.

[148]) Est sane hoc opusculum non minus misere compositum quam servatum, ut P. Bembus epist. fam. I. p. 401 blattomachiam eam dixerit (cf. M. Schmidtium in Philol. XXVI, 573): nihilominus αἷς dativum recte se habere judicaverim. Vix enim attractio ab enuntiatione rel., qualis est αἷς φορέεσκον, inter attributum (αὐταῖς) et nomen ipsum (βολῇσι) interposita, aliena esse potuit. Nulla in ejusmodi enuntiato rel. omissae attractionis exempla mihi cognita sunt.

[149]) Quamquam λαγχάνειν τινός structura non est insolita, tamen ut hunc locum inter attractionis testimonia referam, illud potissimum me permovet, quod hoc verbum, praesertim si ut h. l. de diis terram aliquam urbemve possidendam nanciscentibus usurpatum est cum accusativo struxit Nonnus. Cf. VIII, 301. XLI, 413. 416. XLII, 221. 506. XLIV, 153. 304. XLVI, 42. 236. XLVII, 476. 604. 614. 598. XLVIII, 536. Neque in dubitationem vocari possunt attractionis exempla quae sunt in Nonni altero poemate, Metaphrasi evangelii Joannei.

[150]) Non deest attractio in ev. Joann. 7, 31 μὴ πλείονα σημεῖα ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησε; ac ne in Gotica quidem interpretatione: *ibaiei managizeins taiknins taujai thaimei sa tavida?* (V. p. 8).

locum excipis, non sunt in locis epicis, sed in dialogis,[151]) in quibus etiam in dramatica poesi attractionem creberrimam cognovimus.

Nec frequentiora sunt attractionis exempla in carminibus poetarum didacticorum. Nulla sunt in reliquiis Archestrati Geloi, Arati, Nicandri, Philonis Tarsensis, Maximi philosophi, Andromachi Senioris, Dionysii Periegetae, Marcelli Sidetae, Anonymi de viribus herbarum, in Oppianorum Halieuticis et Cynegeticis; singula eaque generis simplicissimi in Servilii Damocratis, qui Plinii Majoris (n. h. XXIV, 7) fuit aequalis, Malagmatis fr. inc. v. 122 (poet. didact. ed. Bussemaker p. 104)

καιρὸς κάλλιστος ὁ μέχρι τῆς τροφῆς
ἧς ἔλαβον ἐν τῇ γαστρὶ μὴ παρακειμένης.

et in Manethonis quae feruntur Apotelesmaticis[152]) II (I), 183

δηθάκι καὶ χείρεσσιν ἑαῖς ἀλόχους ἐδάϊξαν
ζήλῳ ἀλαστήσαντες ἐπ᾽ αἴσχεσιν οἷς τελέουσιν.

Desunt attractionis exempla in poesi lyrica Theocriti, Moschi, in hymnis Cleanthis Stoici, Porphyrii, Orphicis, in Anacreonteis.

Contra frequentiora sunt exempla in eo poesis genere quod pedestri orationi propius est, in iambico vel choliambico et epigrammatico.

Ita vides attractionem adhibitam bis in uno fragmento ex 21 versibus constante carminis illius quod κορώνισμα inscriptum et Ionica dialecto metro choliambico a Phoenice Colophonio, Alexandri illo aetati suppari, compositum est (Bergk. Anthol. lyr. p. 217) fr. 1

v. 4 δότ᾽ ὦ ᾽γαθοί τι τῶν ἕκαστος ἐν χερσὶν
ἔχει κορώνῃ.

et v. 17 ἀμείβομαι μούσαισι πρὸς θύραις ᾄδων
καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλείονα τῶν λέω[153]).

---

151) Cui rei non adversantur duo Apollonii Rhod. loci IV, 1354 et II, 149, nam quod etiam his locis attractio obtinet, in hac re causam suam habet, quod Apollonius Homericam consuetudinem amplexus directam orationem immutatam verbis iisdem iteravit.

152) Cf. Koechlyum ed. Paris. praef. p. I — LXI.

153) λέω pro γ᾽ ἐῶ conicio scribendam formam distractam, ut λεῷμι in glossa

Item unum exemplum reperitur in fragmento choliambico non amplius quinque versuum Hermiae, quem Chrysippi stoici illius aequalem fuisse Bernhardyus (hist. litt. Graec. II p. 382) inde conjecit, quod stoicorum morum jactationem perstrinxit (Bergk anth. lyr. p. 220)

v. 5 κᾆθ' ἁλίσκεσθε
ἐναντία πράσσοντες οἷς τραγῳδεῖτε.

Nec rarior nec angustior quam apud Atticos comicos est attractionis usus in μυθιάμβοις vel apologis Babrianis. Neque id mirum, siquidem plurima e parte dialogis continentur et volgari illo dicendi genere, cujus potissimum attractionem propriam statuimus, conscripti sunt. Habes autem exempla haec 9:

85, 8 τῶν σμὲν πολεμίων τὸ γένος ὧν ὁρῶ πάντων
ἓν ἐστιν. (cf. Arist. Vesp. 561. Alexid. Δημ. fr. VI, 5)

2, 12 μήνυτρα σύλων ὧν ὁ θεὸς ἐσυλήθη. (cf. Ar. Plut. 1044 τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι).

120, 5 ἰατρὸς εἶναι φαρμάκων ἐπιστήμων
οἵων[154]) τάχ' οὐδεὶς οἶδεν οὐδ' ὁ Παιήων,
ὃς Ὄλυμπον οἰκεῖ καὶ θεοὺς ἰατρεύει.

45, 5 αἶγας κερούχους ἀγρίας πολὺ πλείους
ὧν αὐτὸς ἦγε μείζονάς τε καὶ κρείσσους.

92, 9 μή μοι χαρίζου, φησί, πλεῖον οὗ χρῄζω.

27, 4 ὡς κακὴν χάριν τίνεις
ὧν[155]) ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σύας.

Hesychiana s. v. et λεῶντι participii dativus apud Epicharmum (fr. ap. Athen. VI p. 235 F). Simplicius hoc videtur quam quod Bergkio aliquando in mentem venit: τῶν λέω πλεῦνα aut πλῆμα τῶν ἀγγέων. De iambo ultimo versus pede cf. fr. 2, 1. κλύω.

Loco tertio hujus fragmenti v. 18

ἀλλ', ὦ 'γαθοί, πορέξαθ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ.

attractionem agnosco nullam, siquidem πλουτεῖν verbum cum accusativo structum non ante Lucianum extare videtur.

154) οἵων genitivus ab εἰδέναι verbo pendere non potest, quia hoc, si unum locum Il ο, 412 ὅς ῥά τε πάσης εὖ εἰδῇ σοφίης, de quo dubitari potest, excipis, semper cum accusativo strui solitum est. Locis Eur. Iph. Aul. 1117. (cf. p. 45). Lys. π. σηκ. § 18. Mosch. id. 7, 6 genitivus aliam habet rationem.

155) Assentiri non queo Bergkio ὧν, Athoi libri scripturam, in ὃν accusativum

95, 95 καὶ τοῦτο κέρδος εἶχεν ὧν ἐκεκμήκει.

45, 14 ἐλπίσας δὲ τὰ κρείσσω
οὐκ ὤνατ' οὐδ' ὧν αὐτὸς εἶχεν ἐκ πρώτης.

50, 4 κρύψον με ταύταις αἷς ἔκοψας αἰγείροις.

Quae[156]) si intuemur, non solum pleraque quae apud Aristophanem cognovimus, sed etiam nova attractionis genera apparent, ut in pronomine οἷος, a quo, si missos facimus locos quos supra p. 33 laudavimus, apud poetas attractio aliena fuit, quum apud prosaicos inde a Xenophonte non ita rara fuerit. Cf. Xen. Cyr. VIII, 1, 12. Anab. I, 3, 18. Isocr. c. Euag. c. 20. Ps. Hippocr. περὶ κρισίων c. 16 (III p. 312). Clem. Alex. Strom. V. p. 567 C.

Ut autem apud Aristophanem in nonnullis enuntiationibus rell. attr. subjectum amplificatum erat, quum aut tripertitum aut participiis attributorum instar additis exaggeratum esset, ita hoc ipso Babrii loco, quo οἷος pronomine attractio potita est, utrumque apparet, siquidem subjectum non solum bipertitum (οὐδεὶς οὐδ' ὁ Παιήων), sed alterum ejus membrum enuntiatione rel. ὃς Ὄλυμπον οἰκεῖ καὶ θεοὺς ἰατρεύει definitum est.

Omissa est a Babrio attractio duobus tantum locis

20, 4 τῷ δ' Ἡρακλεῖ προσηύχεθ', ὃν μόνον πάντων
θεῶν ἀληθῶς προσεκύνει τε κἀτίμα.

et 100, 7 κλοιῷ τέτριπται σάρκα τῷ σιδηρείῳ,
ὃν ὁ τροφεύς μοι περιτέθεικε χαλκεύσας.

atque his, ut patet, causa justissima.[157])

---

mutanti, praesertim quum τὸ pronomen, ad quod enuntiatio rel. referenda esset, desit. Attractionis genus idem extat locis quos supra laudavimus Aristophanis Vesp. 684. Plut. 212. Ap. Rhod. IV, 1328 et 1354. V. p. 60. not. 83).

156) Nulla est attractio locis duobus

98, 21 αὐτός τις αὐτὸν λανθάνει κακῶς δράσας
ὧν οὐ πέφυκε μεταλαβεῖν, ὅταν σπεύδῃ.,

nam ὧν genitivus a μεταλαβεῖν infinitivo pendet, quum πέφυκε verbum cum infinitivo structum sit, ut Soph. Phil. 88.

et 111, 21 πολλάκις ἐν οἷς τις ηὐτύχησε καὶ πταίει,

nam membrorum aequalitas postulat, ut ἐν praepositionem et in enuntiatione rel. et dem. cum εὐτυχεῖν et πταίειν verbis struamus, ut Dem. p. cor. § 323 ἐν οἷς ἀτυχησάντων τῶν Ἑλλήνων εὐτύχησεν ἕτερος, ταῦτ' ἐπαινοῦσι. ib. § 263 et § 286.

157) In sylloga altera apologorum Babrianorum in lucem illa prolata

Genus alterum poesis, a quo attractio non fuit aliena, est epigrammaticum. Reperiuntur ejus exempla quamvis rara in epigrammatis inde a Theocrito usque ad Byzantinorum aetatem. Atque ut in his enumerandis temporis rationem sequar, ab iis incipiam, quorum auctores memoriae proditi sunt.

In Theocriteis[158]) epigrammatis sunt duo: unum in epitaphio Eusthenis physiognomonis, quod sane in Antho-

---

a Minoide Mena attractionis exempla sunt 9:

16, 17 αὐτὸν γὰρ ᾤοντ' αἰτίην ὅσων ἔτλων.
18, 30 σκευῶν, ἐπίπλων, χρημάτων ὅσων κτώμην.
18, 8 μηδὲν λαβεῖν ὧν ἡ νοσοῦσ' ὑποσταίη.
81, 4 καὶ τί δε ποιήσω σε νῦν ἐφ' οἷς πάσχω;
85, 6 γέλων παρεῖχεν ἥδ' ἐφ' οἷς μάτην μόχθει.
85, 13 γελῶσ' ἐφ' οἷς χαίνουσα κηλὰς εἱστήκει.
31, 27 τὰ δ' ἠγανάκτουν οἷς ἐκεῖνος ἀπήτει.
46, 10 οἱ δ' ἀγανακτήσαντες οἷσπερ ἀπέστη.
73, 14 ταύτην κατῳκτείρησεν οἷς ὑποτλεύοι.

Atque ut Bergkius (praef. anthol. lyr. p. XXXIII sq.) recte demonstrasse mihi videtur integra et spuria in his fabulis esse mixta, ita pars quidem enuntiatorum rell. attrr. nullam habet reprehensionem, pars autem — duo proxima dico — ad eam qua nunc est formam non primo aut altero, sed undecimo aut duodecimo saeculo p. Chr. redactam esse hanc syllogam comprobat. Est enim his in οἷσπερ et οἷς dativis idem attractionis genus, quod locis Theodori Prodromi et Tzetzae, quos supra (p. 43) laudavimus. Postremo loco structura verbi κατοικτείρειν quae est apud scriptores classicae aetatis — cf. Aesch. Ag. 1321. Suppl. 209. (οἰκτείρειν) — ὧν genitivum flagitasset.

158) In idylliis Theocriteis nullum est attractionis exemplum. Nam id. XV, 25

ὧν ἴδες, ὧν εἶπες καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι,

ut omittam scripturam hujus loci esse incertam admodum, ὧν prior genitivus non in attractione causam habet, sed, ut alter ab εἰπεῖν, ita ab ἰδεῖν sensu partitivo pendet. Nam parem habeat uterque genitivus relationem necesse est. Neque igitur Ameisii (diurn. antiqu. 1841 p. 243 et 757) de hoc loco prolatam sententiam faciemus nostram neque quibus hanc impugnavit Fuhrius (ib. p. 328 et 758 sq.) argumenta amplectemur. Nihil enim est, quod is (p. 759) dixit: *„nondum attractionis exemplum neque ab Ameisio neque, quod equidem sciam, ab alio viro docto allatum est, quo pron. rel. verbi proxime appositi plane nulla ratione habita ad verbum vel casum potius deinde sequentem se accommodet.“* Exempla non sunt *„odiosa“* (p. 328), sed gratissima et facillima: Soph. El. 763. 873. 1108. Trach. 680. Oed. R. 1416. Oed. Col. 1145. Trach. 1208. Eur. Med. 296. Hec. 1268. Or. 1409. Tro. 1202. Arist. Av. 433. Plut. 365. Ach. 870. Alexid. fr. inc. VIII, 4. Menand. Ὑποβολ. fr. V, 3. Apoll. Rhod. II, 149. Tryphiod. 151. Nonn. Met. 6, 156. Anth. Pal. X. 71, 6 multaque alia.

logia Palatina (VII, 661) Leonidae Tarentino assignatum est,
epigr. 15, 5 πάντων ὧν[159]) ἐπέοικεν ἔχειν τεθνεὼς ὁ σοφιστὴς
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.
alterum in epitaphio Clitae, cujus item in Anthologia Palatina (VII, 663) auctor Leonidas dicitur,
epigr. 18, 4 ἕξει τὰν χάριν ἁ γυνὰ ἀντ' ἐκείνων
ὧν[160]) τὸν κῶρον ἔθρεψε.

Neque ab epigrammate multum distat idyllium IX (V ed. Ameis.) Bionis, quod attractionis exemplum unum exhibet,
v. 12 κἠγὼν ἐκλαθόμαν μὲν ὅσων τὸν Ἔρωτ' ἐδίδασκον.[161])

Quorum autem epigrammata sola in Anthologia Palatina servata sunt, eorum huc faciunt: Meleagri Gadareni exempla tria:

---

[159]) Librorum scriptura πάντων ὧν 'επέοικεν ἔχει retineri non potest, quia πάντων genitivus non habet unde pendeat. Sensit hoc Wartonus scribens πάντ' ὧν, sed quam sublatam opinabatur offensio non est sublata, sed in ὧν genitivum migravit. Pro hoc debebat esse ἅ accusativus. Conjectura Aurati πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν· neque elegans neque apta est. Nam nimis languida et epigrammatica dictione indigna exsisteret oratio, neque consentaneum est unum enuntiatum in duo divellere ita, ut prius sit generaliter dictum, alterum autem finibus multo artioribus contineatur. Nec vero elegantior neque aptior videtur conjectura Alph. Heckeri

πάντων δ' ὧν ἐπέοικ' εὖ ἔχει τεθνεὼς ὁ σοφιστής,

quippe qua, ut jam Fr Dübner intellexit, sequentis versus nulla habeatur ratio. Quod vero hic cum Ahrensio scribendum proposuit

πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχειν τεθνεῶθ', ὁ σοφιστὴς
καίπερ ἄκικυς ἐὼν εἶχ' ἄρα κηδεμόνας.

ne illud quidem probo, sed lenior mihi et aptior videtur mutatio supra proposita, quam jam Briggsio placuisse video. Nam per se e τεθνεώς nominativo in enuntiatione rel. τεθνεῶτα accusativus cogitatione suppletur. Πάντων genitivus a κηδεμόνες nomine pendet, ὧν autem attractione pro ἅ accusativo ab ἔχειν verbo suspenso positus est: πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχειν idem fere valet atque πάντων τῶν ἐπεικότων (Aesch. Cho. 669).

[160]) Injuria in locutione ἀντ ἐκείνων ὧν offenderunt Hecker et Dübner. Attractionem plane ejusdem generis exhibet locus Aristophanis Ach. 677 ἀξίως ἐκείνων ὧν ἐναυμαχήσαμεν. Structura autem quae hic supponenda est τρέφειν τροφήν τινα extra omnem dubitationem vocatur loco Philostr. Her. p. 720 A παῖδα τήν τε ἄλλην ἔτρεφε τροφήν et similitudine structurae παιδεύειν παιδείαν τινά, quae exstat apud Xenophontem Cyr. VIII, 3, 37 ἐμὲ ὁ πατὴρ τὴν μὲν τῶν παίδων παιδείαν ἐπαίδευεν. Aeschin. p. 74, 37. Dem. p. 938, 12. Simul hic locus idoneus est ad demonstrandum ortum formulae ἀνθ' ὧν, quem supra p. 69 proposuimus.

[161]) Componendus est hic locus ut proximus Theocriteus cum Sophronis fr. 80 (v. supra p. 83) τοξεύων αἰὲν ἕνα τινὰ ὧν ζυγαστροφεῖ, quum aeque atque hic Doricam dialectum exhibeant.

V, 166, 8 εἴης δ' ἧς παρέδωκα φύλαξ.
XII, 132, 14 ἄξια πάσχεις
ὧν[162]) ἕδρας, ὀπτῷ καιομένη μέλιτι.
V, 182, 7 πρόσθες δ' οἷς εἴρηκα πάλαι.

Nicarchi unum

XI, 112, 4 εἰκόνος ἧς εἶχεν τὰ βλέφαρ' ἐξέβαλεν.

Ammiani unum

XI, 231, 2 Θηρίον εἰ παρὰ γράμμα καὶ ἄνθρωπος διὰ γράμμα,
ἄξιος εἶ πολλῶν ὧν[163]) παρὰ γράμμα γράφῃ.

Stratonis unum

XII, 211, 1 εἰ μὲν ἔφυς ἀμύητος ἀκμὴν ὑπὲρ οὗ σ' ἔτι πείθω.

Luciani unum

XI, 309, 6 οὐδὲν ἔλαττον ἔχεις ὧν τότ' ἔδοξας ἔχειν.
(Cf. Eur. Or. 259 ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὧν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.)

Diogenis Laërtii unum

VII, 620, 2 τέρπεο πᾶσιν ὁμῶς οἷσι[164]) δίδωσι θεός.

Apollinarii unum

XI, 399, 4 ὧν ἐδίδασκεν ἀεὶ μηδὲν ἐπιστάμενος.

Metrodori grammatici duo

XIV, 138, 2 ὧν εἶχεν καρύων *Κλεῖτ' ἔπορεν τὸ τρίτον.
XIV, 127, 1 παντὸς ὅσου[165]) βεβίωκε χρόνου παῖς μὲν τὸ τέταρτον
Δημοχάρης βεβίωκε.

---

162) ὧν genitivus, ut est in Palatino libro, ἄξια adjectivo antecedenti requiritur; Jacobsio igitur in notis criticis ad h. l. ὡς proponenti non suffragabimur.

163) Delituit in ὧν genitivo ἅ, non nominativus, sed accusativus objecti quod Haasio auctore immanens dicere consuevimus. Supponenda est structura γράφομαι τὴν παρὰ γράμμα γραφήν. Structuram similem habet καλεῖν in activo Od. θ, 550 (= Cent. Hom. p. 36, 14 ed. Steph.)

εἴπ' ὄνομ' ὅττι σε κεῖθι κάλεον μήτηρ τε πατήρ τε,

in passivo etiam cum attractione apud Gregor. Naz. c. jamb. XXI, 520

πρὸς αἷς καλεῖται κλήσεσι πονηρίας.

164) Reprehendendus est Bothius quod propter molestum quem dicebat sigmatismum pro οἷσι dativo οἷα accusativum ponere voluit. Non offensioni fuisse talem sigmatismum Graecis poetis docent loci Euripidis Ion. 1469 τῆς ἡδονῆς τῆσδ' ἧς ἔδωχ' ὑμῖν ἐγώ. Med. 467 ἦλθες πρὸς ἡμᾶς, ἦλθες ἔχθιστος γεγώς. ib. 472 δόμους προδοῦσ' ἐμούς. (Cf. schol. ad h. l.). Necessario requiritur enunt. rel. dativo πᾶσιν, siquidem non omnibus, sed iis tantum quae deus donat delectari utile judicat Diogenes.

165) Parum sibi constitit Brunckius, attractionis ille sectator studiosissimus, quum

Palladae duo

VII, 681, 4 ἐκ προκοπῆς γὰρ
ἧς εἶχες κατὰ νοῦν ἐξεκόπης βιότου.

X, 33, 2 κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι ὧν λέγομεν.

Macedonii consulis unum

X, 71, 6 ὤλεσεν ἀγλαΐην ὧν ἔφερεν χαρίτων.

denique Sophronii patriarchae Hierosolymitani unum

VII, 679, 5 κτήμασι μὲν πολύολβος ὅλων πλέον ὧν τρέφε Κύπρος.

His succedant attractionis exempla in epigrammatis adespotis quae dicuntur obvia:

Anth. Pal. VII, 359, 4 τῶν αὐτῶν μετέχοις ὧνπερ ἐμοὶ παρέχεις.

VI, 42, 6 δέξο καὶ ἀντιδιδοὺς δὸς πλέον ὧν ἔλαβες.

inscr. Rheneat. (C. I. n. 2322b[93], 3. II p. 1050)

ἤλυθες εἰς Ἀΐδην ζητούμενος οἷς ἀπέλειπες.

inscr. Attic. (Ross. Archaeol. I, 83. Lebas, Attique p. 4 n. 24. Philol. Suppl. II, p. 559)

(ἀνέθηκεν) σοὶ τήνδε μνήμην, Θεὰ Ἐργάνη, ὧν ἐποίησεν.

inscr. Deliac. (Append. epigr. 322, 4 = C. I. n. 2292. II p. 239)

οὕνεκα τῶν πρὶν
ὧν πάθον εἰαθεὶς ἐκ σέθεν οἶδα χάριν.

inscr. Roman. C. I. n. 6210, 6 (III p. 887)

ἧς ἔσχον σπουδῆς ἐπὶ σοὶ νῦν κατέχεις χάριτα.

inscr. Ital. C. I. n. 6223, 12 (III p. 891)

εἵνεκεν εὐνοΐης ἧς ἔχε πιστοτάτης.

A Byzantino quodam versificatore ad Platonicum epigramma A. Pal. VI, 43 additus est

v. 8 εὗρε πόσιν γλυκερῶν ὧν ἐπόθη ναμάτων.

Novissima est inscriptio Veneta a. 1183 p. Chr. facta C. I. n. 8721, 5 (IV p. 334)

καὶ τῶν πόνων ἔληξας ὧν ἐκαρτέρεις.

A pedestri oratione non multum discrepat locutio oraculorum

---

h. l. ὅσον accusativum poni jussit. Necessaria est attr. in enuntiatione rel. inter adjectivum et substantivum posita, neque eam ab ὅσος pronomine alienam fuisse supra (p. 79 not 128) docui.

Sibyllinorum, quae attractionis exempla quamvis rara praebent. Inter se sunt simillima haec duo

III, 610 ἀριθμούμενος ἐξ Ἑλλήνων
ἀρχῆς ἧς ἄρξουσι Μακηδόνες, ἄσπετοι ἄνδρες. (cf. p. 50 not. 68).

et V, 441 εἵνεκα γὰρ τῆς σῆς ἀρχῆς ἧς ἔσχες ὅμηρα
εἰς Ῥώμην πέμψασα ἥξεις.

Plane fere compar est II, 89
ὧν τοι ἔδωκε θεὸς καὐτὸς χρήζοντι παράσχου
ei qui est inter Pseudophocylidea v. 29 (cf. p. 53)
ὧν τοι ἔδωκε θεός, τούτων χρήζουσι παράσχου.
Septem reliqua exempla continentur formula conjunctionis vi praedita ἀνθ' ὧν, quae satis erit commemorasse: V, 312. XI, 313. II, 841. III, 328. V, 68. 325. 510.

Jam, priusquam ad Byzantinos transeamus, superest unus poeta saeculi quarti clarissimus Gregorius ille Nazianzenus theologus. Atque apud hunc attractionis exempla non ita rara sunt in iis poesis generibus quae pedestri orationi propinqua sunt, in epigrammatis, sententiis, narrationibus de vita ipsius et metro et dictione dialogi dramaticorum Atticorum compositis. Contra in carminibus lyricis, hymnis potissimum et didacticis fere nulla sunt.

Atque 54 exemplorum longe plurima pars (42) est in 6 carminibus: 15 in carmine I de vita Gregorii[166]):

p. 1 v. 46 οἱ γὰρ κακοὶ φιλοῦσιν ὧν δρῶσιν κακῶς
εἰς τοὺς παθόντας ἐκτρέπειν τὰς αἰτίας.

p. 2 A (v. 65) αὐτὴν ἐπάξω ὧνπερ εἶπον μάρτυρα.

p. 6, B, 14 (ὡς) ὧν εἶχε τιμήσειε τοῖς ἀμείνοσι (cf. Arist. Tag. fr. I, p. 3).

p. 7, D, 11 τὸν μὲν γὰρ εὖ παθόντα μεμνῆσθαι πρέπει
ὧν εὖ πέπονθε (cf. Arist. Eq. 876 p. 79).

p. 8 A, 12 πρὸς τοῖς γὰρ ἄλλοις οἷς ἀπηριθμησάμην.

---

166) Usus sum editione Greg. Naz. opp. omn. facta a Jac. Billio Coloniae 1620 T. II fol. Desideramus editionem novam.

p. 8 B, 11 ὧν μὲν κατορθώσαιμι μηδὲ ἓν βλέπων. (cf. Soph. Oed. Col. 778).

p. 8 B, 12 ὧν δ' αἱ πόλεις ἔχουσιν εὐπορῶν κακῶν. (cf. Soph. Trach. 1208).

p. 9 C, 14 ὧν μὲν ἐνόμιζον εὗρον οὐδὲ ἓν καλῶν, (cf. Rhes. 848 p. 84).

p. 9 C, 15 ὧν δ' ἐκπεφεύγειν πραγμάτων πολὺ στίφος.

p. 9 D, 5 ὧν ἠδικήμεθ' οὐδὲν ἠδικηκότες. (cf. Arist. Plut. 1044. Babr. 2, 12. C. I. n. 1755 (I. p. 856). Lys. or. 23, 5; 4, 20).

p. 11 A, 4 ὧν μὲν γὰρ ἡ σάρξ, οὐδὲν ἂν πάθοι θεός. (cf. Arist. Thesm. 398. Ps. Lys. or. 6, 12 p. 39).

p. 21 B, 3 τετιμήκει με τῇ πρώτῃ θέᾳ
οἷς τ' εἶπεν, οἷς τ' ἤκουσεν εὐμενέστατα. (cf. Soph. Phil. 1012).

p. 22 C, 3 λαὸς δ' ἐπερρώθησεν οἷς ἐφθεγξάμην. (cf. Menesimach. com. ἱππ. fr. 21).

p. 23 B, 3 ἔπειτα τοὺς μὲν ἠπορημένους βλέπων
ἐφ' οἷς συνῄδεσάν σφισιν ἠδικηκότες. (cf. Soph. Oed. R. 569).

p. 24 A, 3 ὧν γὰρ ἔσχε τις μόνων,
οὐχ ὧν λαβεῖν δίκαιον, ἔσθ' ὑπεύθυνος. (cf. Arist. Plut. 1135).

9 in carmine iambico XXI:

v. 58 ὡς σοῦ προεστῶθ' ὧν[167]) τε κινῇ μάρτυρα. (cf. de vita sua (p. 2 A) v. 65).

v. 241 ἐμπτυσμάτων τε καὶ ῥαπισμάτων ὅσων
ἠνέσχετο. (cf. Soph. El. 690).

v. 297 εἴπερ τις ἄλλος βασιλέων ὧν ἴσμεν ἦν. (cf Arist. Eq. 873. Her. I, 178, 2. Paus. IX, 35, 1).

v. 305 πάντων τε μεῖζον ὧν ἔφην τὴν ἐντολήν.

v. 324 ἐν τοῖς μακαρισμοῖς οἷς ἀπηριθμήσατο. (cf. c. I p. 8, A, 12).

---

167) Supponenda est structura eadem atque apud Platonem Leg. II p. 656 A τοιαῦτα τῷ σώματι κινεῖσθαι.

v. 343 ἐχθρὸν μαθητὴν οἷς[168]) κρατεῖ νικώμενον.
v. 378 πάσχει γὰρ οὐδὲν ὧν ἐγὼ πάσχω θεός. (cf. Carcin. fr. 9, 2).
v. 454 ὡς εἰ μὲν οὐκ ἀληθὲς οὐδὲν ὧν λέγει. (cf. Soph. El. 1228).
v. 520 πρὸς αἷς καλεῖται κλήσεσι πονηρίας (cf. Arist. Plut. 1044).

7 in carmine de virtute iambico XVIII:

v. 52 τούτων τι κέρδος τηλικοῦτον ὧν λέγω. (cf. Ar. Vesp. 588 p. 78).
v. 131 ἀλλ' ὕστερον πραχθήσεσθ'[169]) ὧν ἐσπείρατε
καρποὺς δικαίῳ τοῦ θεοῦ κριτηρίῳ. (cf. Babr. 95, 95).
v. 167 τοῦ δευτέρου δ' ὧν εἶπον εὐνοίας λέγω.
v. 456 πλεῖόν τε πασχέτωσαν ὧν δρῶσιν κακῶν. (cf. Sosicrat. fr. III, 2 p. 88).
v. 499 καὶ τοῦτο εἰπεῖν εὖ ἔχει πρὸς οἷς ἔφην.
v. 878 κρείσσους νόμους γράφοντες ὧν ἡ χεὶρ γράφει. (cf. Arist. Tag. fr. I, 3).
v. 909 ὧν ἔχουσι τὸ πρῶτον, ἁγνείαν τε καὶ ἀσαρκίαν.

5 in carmine iambico XXII:

v. 36 εὔψυχός ἐστιν οὐχ ἑκὼν ἐν οἷς ἔχει.
v. 55 ἁπλοῦν ἐστιν ἀρκεῖσθ' οἷς ἔχεις.
v. 167 ψοφεῖν ποθοῦντας ἢ συνόζειν οἷς κακῶς
ἔχουσιν.
v. 181 τὸν οὐδ' ἔχοντα γνῶσιν ὧν κέκτητ' ἴσως. (cf. Soph. Oed. R. 578).
v. 188 ἰόν, τόδ' ἴσθι, προστιθεὶς οἷς νῦν ἔχεις.

3 in carmine LI.

v. 29 ἄλλον δ' αὖ βασιλῆες ἐνόσφισαν ὧνπερ ἔχεσκεν.
v. 34 σοὶ δ' ὧν μὲν κατέλεξα θεὸς κατένευσε γαλήνην
πάντων. (cf. Ar. Vesp. 561. Babr. 85, 4).
v. 307 πολλὰ μὲν ὧν λεύσσουσιν, ἐπεί ῥ' ἐθέλουσιν ἄλευστα.

---

168) Ortum usus οἷς dativi, de quo supra p. 43 diximus, hic locus luculenter demonstrat: qui proprie idem valuit atque τούτοις ἅ, postea in conjunctionis ὅτι vim abiit aeque atque Latinorum quod, quem proprie accusativum pronominis rel. fuisse clarissime elucet e loco Terent. Hec. III, 3, 8

laetae exclamant „venit“, id quod me repente aspexerant.

169) πραχθήσεσθ' et ἐσπείρατε scripsi pro eo quod ferri non potest πραχθήσεσθ' ὧν ἐσπείραμεν.

3 in dialogo πρὸς πολυόρκους (c. iamb. XX.)

v. 7 πάντων τί μεῖζον οἶδας ὧν ἐπίστασαι;

v. 90 πολλοί τε δὴ ὧν ἴσμεν ἡμεῖς.

v. 262 ἔφριξ' ἀκούων οἷς λέγεις.

Singula sunt exempla in reliquis carminibus hisce:

c. XIII, 20 πλάζομαι οὐδὲν ἔχων οὐδ' ὄναρ ὧν ποθέω.

c. I, 57 καὶ θανάτῳ τίκτωμεν ἀκηδέες ὧν τεκόμεσθα.

tetrast. 12, 1 μὴ θερμὸν ἅπτειν, ἐμμένειν δ' οἷς ἂν κρίνῃς. (cf. Soph. Oed. R. 351).

tetr. 39, 3 εἰ δ' οὐ καλῶς τι προστίθῃς οἷς νῦν ἔχεις.

tetr. 48, 4 ζητεῖ γὰρ ὧν βεβίωκε συγγνώμην ἔχειν.

iamb. 42, 6 λύσῃ τὸν ἁγνὸν ζῆλον οὗ στέργεις βίου.

de provident. iamb. II, 75 εἴ πώ τι μεῖζον ὧν ἔφην λελέξεται.

ad Christ. iamb. VI, 4 τὰ μὲν γὰρ οἴχεθ', ὧν δ' ἔγραψεν ἡ δίκη
βίβλοις σιδηραῖς οἶδα τὴν μοχθηρίαν.

κατὰ τυμβωρύχων iamb. XVI, 9, 2
ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ὧν πέπονθ' αἰσθάνεται.

iamb. XIX, 130 οἳ μήτ' ἔχουσιν ὧν ἔχουσιν ἡδονήν.

contra Apollinarium c. de incarn. v. 7
οἷσπερ εἴληφεν ὃ δέδωκ' ἀναπλάσας.

exhort. ad virgines v. 59 σὺ δ' ἧς ἔχεις εὐμορφίας νεκρούσθω σοι τὸ πλεῖστον. (cf. Soph. El. 1108).

Jam si haec omnia exempla paulo accuratius consideramus, non latius quam apud dramaticos poetas aetatis classicae apud Gregorium, ut apud omnes qui inde ab Alexandri aetate fuerunt poetas, attractionis usum patere intelligimus. Semper enuntiatio rel. attr. nominis aut substantivi aut adjectivi vicibus fungitur; plerumque tantum verbo finito continetur, hic illic subjectum (ἡ χείρ, αἱ πόλεις etc.) aut determinatio adverbialis (νῦν, βίβλοις σιδηραῖς) addita est. Semel attractio simul nomine praedicativo potita est

ὧν μὲν ἐνόμιζον εὗρον οὐδὲ ἓν καλῶν.

Fere semper verbum enuntiationis rel. attr. indicativo continetur, semel in generis substantivi[170]) enuntiatione rel. attr.

---

170) V. quae supra p. 68 exposuimus.

conjunctivo ἂν particula adjecta: ἐμμένεις οἷς ἂν κρίνῃς, semel optativo: ὧν μὲν κατορθώσαιμι μηδὲ ἓν βλέπων. Ac ne verba quidem, quibus enuntiatio rel. attr. comprehensa est, alia sunt quam quae apud dramaticos longe frequentissima fuerunt: habendi, cupiendi, dicendi, dandi, faciendi, patiendi. Solitaria sunt apud Gregorium κινεῖσθαι, ἀνέχεσθαι, γράφειν, pauciora illa quam apud Aristophanem (v. p. 42) et Babrium (κόπτειν, ὁρᾶν, συλᾶσθαι, ἄγειν, ὠφελεῖν). Denique etiam apud hunc longe plurima attractionis exempla in ὧν genitivo neutri cernuntur, duo in ὧν generis masculini (ὧν ἴσμεν), unum in οὗ mascul. (οὗ στέργεις βίου), unum in ἧς (ἧς ἔχεις εὐμορφίας), item plura in οἷς dativo neutri quam masculini, unum in αἷς (πρὸς αἷς καλεῖται κλήσεσι). Sed haec satis sunto de usu Gregoriano. Nam de locis quibus attractio omissa est, ut omnium quos hac commentatione persecuti sumus poetarum, alio tempore disseremus.

Itaque nunc nihil restat nisi ut attractionis usum qualis apud Byzantinos poetas fuerit breviter describamus.

Atque priorum quidem qui saeculo V, VI, VII fuerunt, Palladae, Macedonii Consulis, Sophronii epigrammata (A. P. VII, 681, 4. X, 33, 2; 71, 6; VII, 679, 5) attractionem exhibentia jam supra p. 100 laudavimus.

Quibus addo nunc locos duos Pauli Silentiarii petitos illos non ex epigrammatis, sed e descriptione S. Sophiae vel, ut accuratius dicam, non ex hac ipsa descriptione quae ut carmen didacticum hexametris composita est, sed e praefatione iambica. Utraque enuntiatio rel. attr. verbo primae personae continetur:

v. 52 ἐξ ὧν δὲ δρῶμεν οὐχ ὁσίων τολμημάτων
ἔχεις ἀφορμὰς τῆς ἄνω παρρησίας.

et v. 103 θαρρεῖν δ' ὅμως
ἐξ ὧν ἐδεδίειν πρότερον αὖθις ἄρχομαι,

quo loco ἐξ ὧν paene in conjunctionis significationem abiit.

Item dialogi sunt his aetate proximi loci duo Georgii Pisidae

bell. Avar. 168 ἀλλ' ἐξ ἐναύλου τοῦ φόβου συστέλλομαι
καὶ μηδὲν εἰπεῖν ὧν[171]) θέλω βιάζομαι.

---

[171]) ὧν genitivum pro ὡς particula tradita antecedentis μηδέν ratione habita scripsi.

et Hexaem. 875 πᾶσι γὰρ ὢν ἄγνωστος ἐγνώσθης ὅλοις
ἐξ ὧν ἐνεργεῖς.

Eorum autem qui inde a saeculo XII poemata concinnaverunt sunt duo genera distinguenda: unum eorum qui dictionem poetarum aetatis classicae vel aut omnino vetustiorum suam facere studuerunt, alterum eorum qui illorum prorsus immemores stilo et metro usi sunt plane novo, a soluta oratione nihil fere diverso.

Ac priores quidem attractionis usum iisdem quibus poetae classici legibus obstrinxisse consentaneum est. Quod quale sit potissimum elucet e tragoedia quae Χριστὸς πάσχων inscribitur, cujus auctorem non qui fertur Gregorium illum Nazianzenum, sed Byzantinum quendam versificatorem saeculi XII arbitror[172]), quamvis hunc Tzetzen fuisse nondum cum A. Doeringio pro certo habeam. Ut tota haec tragoedia cento est Euripideus, ita etiam quae in ea sunt attractionis exempla cum Euripideis aut Sophocleis concinunt.

Sunt autem haec sex:

v. 402 καὶ τόνδ᾽ ἀφεῖναι μᾶλλον ἢ μιαιφόνον
ὧν εἶχον ἐν δεσμοῖσι ληστήρων ἕνα. (Cf. Eur. Hec. 1268).
v. 2246 ἐξ ὧν τε πρὶν πέπραχε καὶ νῦν θαυμάτων. (Cf. Med. 296).
v. 2610 λέξω τὰ πολλὰ νητρεκῶς ὧν μ᾽ ἱστορεῖς. (Cf. Phoen. 621).
v. 2584 ἀνθ᾽ ὧν με πολλῶν ἠξίωσας χαρίτων. (Cf. Soph. Oed. Col. 1489.)
v. 452 ἀλλὰ ξυνῳδὰ τοῖς προηγορευμένοις[173])
οἷς εἶπε παθεῖν χερσὶ τῶν ἀλαστόρων. (Cf. Eur. Or. 259).
v. 735 ταῦτα ξυνῳδὰ τοῖς προηγορευμένοις
οἷς αὐτὸς εἶπον καὶ θεοπρόπων στόμα[174]). (Cf. Soph. Phil. 1012.)

[172]) Cf. Kirchhoffium Philol. VIII p. 78 sq.; praef. Eurip. p. X et A. Doeringium de tragoedia christiana quae inscribitur Χριστὸς πάσχων, Barmen 1864.

[173]) προηγορευμένοις part. perf. verbi προαγορεύειν, non quod Ellissen (Analekten d. mittel- u. neugriech. Litt. Leipzig 1855) scripsit προηγορουμένοις part. praes. verbi προηγορεῖν, h. l. necessarium est. Hoc enim est *defendere*. Ante oculos habuit auctor Eur. Med. v. 1007

ταῦτ᾽ οὐ ξυνῳδὰ τοῖς ἐξηγγελμένοις.

[174]) De v. 551 ᾔδειν
καὶ τίσι νίκην ὧν ἐχρῆν παριέναι
idem quod supra not. 119) de Eur. Tro. 658 statuo.

Idem dicendum est de fragmento Danaes quod Euripidis fertur — extat in codice Palatino (B) post Iphigeniam Aul. — aetati autem Byzantinae tribuendum esse cum Kirchhoffio (Eur. vol. II p. 178 sq.) et Nauckio (tragg. fr. p. 552 sq.) persuasum habeo. Attractionis exemplum v. 22

ἐν παρθενῶσι δ' εὐθὺς οἷς ἐδείματο

per se quidem usui Euripideo convenit — cf. Alc. 501. Ion. 32 —, sed occurrit in prologo vel potius in ipsa fabulae expositione epica, in qua apud Atticos tragicos attractionis exempla deprehendi nulla supra p. 56 not. 79) exposuimus.

Pertinent huc etiam στίχοι πολιτικοί Georgii Lapithae[175]), quem ut praeter ceteros XIV saeculi poetas Gregorii Nazianzeni opera studiose legisse censendum est, ita etiam attractionis exempla cum illo congrua exhibere patet. Conferas locos Gregorii

de virt. iamb. XVIII, 131 πραχθήσεσθ' ὧν ἐσπείρατε
καρποὺς δικαίῳ τοῦ θεοῦ κριτηρίῳ.

et Georgii v. 43 κομισαμένη τοὺς καρποὺς ὧν ἔσπειρεν ἐν βίῳ,

Gregorii de vit. sua p. 23 B, 3 τοὺς μὲν ἠπορημένους βλέπων
ἐφ' οἷς συνῄδεσάν σφισιν ἠδικηκότες.

et Georgii v. 394 χαίρειν ἐφ' ᾧ ἥττηται οὐχ ἧττον ἢ τοῖς ἄλλοις.

Gregorii adv. Apollinar. v. 7 ἵν' οἷσπερ εἴληφεν ὃ δέδωκ' ἀναπλάσας.

et Georgii v. 477 πειρῶ τὰς χάριτας ἐκτίνειν
μὴ ἥττονας ὧν εἴληφας, ἀλλὰ δαψιλεστέρας.

denique Gregorii iamb. XXII, 36
εὔψυχός ἐστιν ἐν οἷς ἔχει.

et Georgii v. 546 βροτὸς δὲ καὶ ἐν οἷς ὁρᾷ πολλάκις ἀπατᾶται.

v. 1095 ἐν οἷς γὰρ ὡμολόγησας καὶ ὑπεσχέθης λόγῳ
χρεώστην ἔθηκας σαυτὸν τοῦ πρᾶξαι τὰ τοιαῦτα.

Nec vero nisi mera imitatione continetur novissimum, quod equidem sciam, attractionis exemplum in poemate quod Ἑλλάς inscribitur elegantissimo Leonis Allatii v. 155

Ὦ τῶν ἁπάντων ὧν προσαθρησάμην ποτὲ
θεαμάτων κάλλιστον ἐν καιρῷ φανέν.

175) ed. Boissonadius Notic. et extr. des Mss. de la bibl. du Roi T. XII sec. part. p. 15 sq.

Nam manifesto ei observati sunt Sophoclis Aj. versus 993 sq.

ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ
ἄλγιστον ὧν προσεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ.

Alterius quod supra distinxi generis Byzantinorum poetarum sunt Theodorus Prodromus, Nicetas Eugenianus, Joannes Tzetzes, Constantinus Manasses, Manuel Philes.

Apud hos in universum non rara esse attractionis exempla non mirabimur, si eam praecipuum locum in pedestri oratione habere meminerimus. Non multum enim fereque nihil a pedestri oratione illorum dictionem abhorrere primo quivis obtutu videt.

Sed etiam apud hos, ut apud classicos poetas, longe plurima pars exemplorum est in dialogis, ut verbum enuntiationis rel. attr. sit primae aut secundae personae, paucissima tantum in epica narratione eaque fere omnia in formulis ἀνθ' ὧν, ἀφ' ὧν, ἐφ' οἷς, οἷς quarum ex attractione ortus jam diu Graecorum mentibus evanuerat. Haec si subtrahis, apud Nicetam in epica narratione sunt nulla, apud Theodorum Prodromum 2 (Rhod. VI, 68; VII, 325), apud Tzetzen 4 (Chil. II, 852. III, 447. V, 497. XII, 426.). In Tzetzae Iliacis locutionem Homericam etiam in minutissimis rebus referentibus omnino nulla sunt exempla, ut nulla in centonibus Homericis[176]); unum (v. 66) in carmine didactico quod παίδων ἀγωγή inscriptum est, nulla in Manuelis Philae carminibus didacticis de animalium proprietate, de elephanto, de plantis.

In universum numeravi apud Theodorum Prodromum in Rhodanthae et Dosiclis amoribus et Galeomyomachia 20, apud Nicetam Eugenianum in Drosillae et Chariclis amoribus 5, apud Tzetzen in Chiliadibus et allegoriis Iliadis 110.[177])

Atque ut a formulis, quas modo commemoravi, exordiar, ἀνθ' ὧν idem fere significans quod ὅτι reperitur apud Theodorum Prodromum bis:

---

176) Ὁμηρόκεντρα ed. H. Stephanus ad calcem Odysseae a. MDLXXVIII. Manuelis Philae carmina didactica ed. Fr. Dübner in corpore poet. didact. II p. 1—70.

177) In Constantini Manassis de Aristandri et Callitheae amoribus fragmento edito illo a R. Herchero in Scriptt. erotic. vol. II. attractionis exempla nulla sunt.

Rhod. IX, 18 καὶ Ζεὺς Ξένιος ἀντιδώσοι τὴν χάριν
τῷμῷ ξενιστῇ τῇ τ' ἐμῇ ξενιστρίᾳ,
ἀνθ' ὧν Δοσικλεῖ προσλαλεῖν ἔδοντό μοι,
ἀνθ' ὧν παρέσχον καὶ τύχην ἐλευθέραν.,

apud Nicetam semel
VI, 173 λύπη δὲ τὴν σὴν μὴ κατάσχῃ καρδίαν,
ἀνθ' ὧν ἀδελφοὺς τληπαθεῖς τρισαθλίους
ἐλευθεροῖς νῦν ἐκ φρενῶν σωτηρίων.,

apud Tzetzen locis 23: I, 913. II, 228. III, 247. 579. 581. 616. 618. 623. 896 (= IV, 622). IV, 247. 302. VI, 18. 34. VIII, 78. IX, 281. X, 953. Alleg. Iliad. Proll. 750. 998. Α, 56. Γ, 20. Σ, 296. Φ, 236. Ω, 60.

ἀνθ' ὧνπερ bis apud Theodorum in Galeomyomachia[178])
v. 131 καταγνοὺς — κακίστην δουλείαν,
ἀνθ' ὧνπερ εἴσω φωλεῶν μυχαιτάτων μένοντες
οὐκ ἄτολμον εἶχον καρδίαν.

et v. 379 ζώοις ἀλυπῶς,
ἀνθ' ὧνπερ ἦλθες ἄγγελος ποθουμένων
καὶ τὸν φόνον προὔφηνας ἡμῖν τῆς φθόρου,

semel apud Tzetzen: Chil. V, 460.
καὶ τῆς ἱερωσύνης μὲν τῆς τῶν θεῶν ἀπέστη,
ἀνθ' ὧνπερ τὰ μυστήρια εἶπε τοῖς ἀμυήτοις.

ἀνθ' οὗ quater apud Tzetzen: Chil. I, 435
φθορὰ γενήσεται καὶ βλάβη Πελοπίδαις,
ἀνθ' οὗ Μυρτίλον τὸν Ἑρμοῦ Πέλοψ ψευδῶς ἀνεῖλε.

II, 667. VI, 461. Alleg. Il. Ν, 77.

ἀνθ' οὗπερ quater apud eundem: Chil. VI, 512
ἀνθ' οὗπερ ὁ Δηίφοβος ἔλαβε τὴν Ἑλένην,
ὁ τούτου σύναιμος φθονῶν τοῖς Ἕλλησιν ἐπῆλθε.

VIII, 496. 531. XI, 560.

ὑπὲρ οὗ eadem significatione semel apud Tzetzen Chil. VI, 447
ὑπὲρ γὰρ οὗ ὠργίζετο ἱκέτευεν Ἡρώδης,
μήπως ὁ παῖς διαζυγῇ τῆς θυγατρὸς ἐκείνου,

178) ed. C. D. Ilgenius ad calcem Hymn. et Batrachomyom. Homer., Halis 1791.

quocum conferas locum quem p. 42 laudavi schol. ad Aesch. Eum. 95 ὑπὲρ ὧν ἐφόνευσα Ἀγαμέμνονα, ἀπώσασθε.
ἐξ ὧν simili significatione semel apud Tzetzen Chil. IV, 679

ἐῶ ταῦτα κατάδηλα τυγχάνοντα τοῖς πᾶσιν,
ἐξ ὧν ἀεὶ προσβλέπομεν τοῖς παρ' ἡμῖν ἀλόγοις,

ut ἀφ' ὧν apud Theodorum Rhod. VI, 233

ἅπαν γὰρ εὐθὺς τῶν γυναικῶν τὸ στίφος
τὸν πόντον εὗρε (φεῦ πάθους) κοινὸν τάφον
ἐκτὸς Ῥοδάνθης (ὦ θεῶν οἶκτος μέγας),
ἀφ' ὧν προμεμνήστευτο τῷ Δοσικλέϊ.,

cujus ortus qualis fuerit disci potest e loco Tzetz. Chil. XIII, 273

ἔγνως, δοκεῖ μοι, τῶν ἀγυρτῶν τὴν φύσιν,
Τζέτζης ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἀκριβεῖ λόγῳ.

Neque eidem attractionis generi suam originem non debere existimo formulas relativas in temporalium conjunctionum significatum degressas ἀφ' οὗπερ (*ex quo*),[179])

Tzetz. Chil. X, 809 ἀφ' οὗπερ ἐμιμήσατο γράφειν τοὺς διαλόγους,
ἕως οὗ (cf. *usque quo*)

Tzetz. Alleg. Il. II, 41 ἀλλ', ἕως οὗ[180]) ἐνδύομαι αὐτὸς τὴν πανοπλίαν,
τῇ ἀφανεῖ κατεύχεσθε σύμπαντες Εἱμαρμένῃ.
N, 36 ἀναπηδῶν εἰς ὕψος
ἕως οὗ πρὸς ἰσόπεδον φθάσῃ καὶ λεῖον τόπον.

et μέχριπερ οὗ[181])

179) Cf. Her. II, 44, 1 εἰρόμην ὁκόσος χρόνος εἴη ἐξ οὗ σφι τὸ ἱρὸν ἵδρυται.

180) ἕως οὗ fuerunt qui jam ab Herodoto usurpatum dicerent II, 143, 1 διεξιόντες διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδεξαν ἁπάσας αὐτάς, at id glossemati deberi scribendumque quod constanter usurpavit Herodotus ἐς ὅ Struvius evicit, quem secuti sunt recentiores editores. Scholiastae (ad Apollon. Rhod. IV, 1396) est, quod legitur in Pherecydis fr. 33 (M.) ἕως οὗ ποιήσεται. Vetustissima sunt exempla in scriptis Novi Testamenti et apud Plutarchum.

181) μέχρι οὗ ex attractione ortum et in conjunctionis vim degressum cum conjunctivo structum est primum a Thucydide (III, 28, 3 καταθέσθαι ἐς Τένεδον μέχρι οὗ τοῖς Ἀθηναίοις τι δόξῃ; IV, 16, 3 ἐσπεῖσθαι δὲ αὐτὰς μέχρι οὗ ἐπανέλθωσιν; 41, 1 ἐβούλευσαν αὐτοὺς φυλάσσειν μέχρι οὗ τι ξυμβῶσιν; 46, 2 διεκόμισαν ὑποσπόνδους, μέχρι οὗ Ἀθήναζε πεμφθῶσιν.) Cf. Platon. Menex. p. 245 A μέχρι οὗ πάλιν αὐτοὶ αὑτοὺς κατεδουλώσαντο. Nam apud Herodotum μέχρι οὗ non conjunctionis, sed praepositionis cum genitivo junctae partes gerit, ut I, 181, 1 μέχρι οὗ ὀκτὼ πύργων. Cf. Kruegerum ad h. l. et Di. 68, 1, 1.

Tzetz. Chil. XI, 900 μέχριπερ οὐ φθάσει τις εἰς Σκάρδου λόφους. Alleg. Il. Proll. 500. Σ, 356. Υ, 424.

Semel occurrit ἐφ' οἷς idem fere atque ὅτι significans apud Theodorum Rhod. IV, 132

τὸν Γωβρύαν δὲ λαμβάνει πλατὺς γέλως,
ἐφ' οἷς τέθηπε τὴν θέαν 'Αρταξάνης.,

frequentius eadem significatione apud eundem simplex dativus οἷς. Locis quos supra p. 43 laudavi addas hos duos IV, 192

παῦσαι, μέγιστε σατράπης, 'Αρταξάνη,
θεοὺς ἀτεχνῶς λοιδορῶν τοὺς ὀλβίους,
οἷς αἰσχύνην φὴς ἀρρένων οὐ μετρίαν
τὸ μήτραν αὐτοὺς ἐμβρυοτρόφον φέρειν.

et VI, 312 οἷς γὰρ θανάτου κοινὸν ἔσχετε τρόπον,
οἷς κοινὸν εἰλήχειτε θανόντες τάφον,
κοινὰς δὲ κεκλήρωσθε τὰς νυμφοστόλους,
τὴν πνιγμονήν, τὸ κῦμα, τὰς Νηρηίδας,
εὐδαιμονεῖς κἀνταῦθα, ληστὰ Γωβρύα.

unumque, qui ut Gregorii Naz. iamb. XXI, 343, quem supra p. 103 laudavi, ab hujus usus ortu proxime abest, Tzetzae Chil. VII, 416

φαίνεται δὲ παραδηλῶν καὶ Δημοσθένην τάχα,
ὡς δι' αὐτὸν ἐπόρθησεν 'Αλέξανδρος τὰς Θήβας,
οἷς γράφει, στρέφων τὴν γραφὴν ὡς πρὸς αὐτὸν Αἰσχίνην·
οὗτος ὁ ὀδυρόμενός ἐστι νῦν τὰ Θηβαίων.

Cf. Alleg. Il. Σ, 154.

Jam ut ad reliqua attractionis exempla transeamus, primum proferamus genus locorum non ita frequens eorum qui cum usu poetarum classicorum concinunt. Huc faciunt Theodori Prodromi loci 8:

Rhod. II, 432 Παύου, Δοσίκλεις, ὧν μάτην λέγεις λόγων.
VI, 267 τοιοῦτό σοι τὸ κέρδος ὧν ἔτλης πόνων.
VII, 325 θύειν δὲ καὶ τὸ κρεῖττον ὧν σύλων λάβοι.
VI, 386 εἶδες τελευτὴν τῶν θεοκλυτημάτων
ὧν εἰς θεοὺς ἔπεμψας, ἄθλιε Στράτων.
VIII, 517 τίς γένοιτο παρ' ἡμῶν χάρις
εἰς ἀνταμοιβὴν ἧς ἔδως χρυσῆς πόας;
VI, 455 ἡ γνῶσις ὧν πράττοιμεν ἡμεῖς ἐν βίῳ.

VI, 68 ψυχὰς συνεξεμοῦντες οἷς πεπώκεσαν.
VI, 422 ἢ πρὸς θεῶν ὑπόσχες οἷς λέγω λόγον.

Nicetae 3
II, 167 τούτων μηδὲν ἄρρητον λίπῃς
ὧν γεγραφὼς ἔπεμψας πρὸς τὴν παρθένον.
III, 7 προςσχὼν οἷς ἐπένθεις δακρύοις.
VI, 332 τὸ κάλλος ἡμᾶς ἐξελέγχει σου, κόρη,
ἁλόντας οἷς ἔφημεν ἔρρειν ἀθρόως.

Tzetzae 6
Chil. V, 497 ἔχεις τὰ τῶν κολάσεων ἄμφω τῶν τοῦ Ταντάλου
τῶν ὧνπερ ζῶν τε πέπονθε, αἳ καὶ ἀλληγοροῦνται,
καὶ τῶν παρ' Αἴδῃ.
XII, 763 ἀλλ' ἐκ τοῦ φόβου ζωωθεὶς βολῆς ἧσπερ ἐδόκουν.
III, 447 πλειόνως ἐπωφέλησεν ὧνπερ ἐλύπησέ με.
XII, 426 τοῖς οἷς τροπαίοις εἴργαστο καὶ ταῖς εὐημερίαις
ἐκόμπαζεν.
II, 852 καὶ κινδυνεύουσαν θανεῖν ταῖς ἐπῳδαῖς αἷς οἶδε
αὐτὴν ἐζωοποίησεν.

Alleg. Il. Σ, 154 ὠκύμορος, ὦ τέκνον, μοι λοιπὸν οἷς λέγεις ἔσῃ.

Transitum faciunt ad genus horum poetarum maxime proprium enuntiationes rell. attractae eae, quibus auctor fabulae expositionem vel narrationem interrumpit vel deserit, ut

Tzetz. Chil. V, 704 σκιρρὸν τὸν γύψον ἔγνωκας οἷς γράφω τανῦν
λόγοις.
VI, 67 ὡς καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ ὧνπερ ἁπλῶς ζητήσεις.
XII, 943 ἡττᾶται Ἱππομέδοντι, οὐχ ᾧ[182]) Μουσαῖος λέγει.

Alleg. Il. Υ, 45 καὶ λόγοις οἷς ὁ Ἀχιλεὺς φησὶ πρὸς τὸν Αἰνείαν.
Υ, 179 Ἕλλησι δ' ἦν ἀντίθετος οἷσπερ ἀκούσῃ λόγοις.
Ω, 33 τοῦτο ὁ Ὅμηρος φησὶ τοῖς ἔπεσιν οἷς λέγει.
Σ, 725 τῶν κηρύκων σκηπτροφόρων ὧν φησι τῶν καὶ
μεγαλοφώνων,
Ω, 185 καὶ τῶν μεγίστων δὲ τεχνῶν ὧν γράφει τῶν ἑτέρων.

Chil. XII, 100 τῷ Κάδμῳ τούτῳ ᾧ φατὲ οὗτος φησὶν ὁ Τζέτζης.

182) Parum se recte habet ὡς particula, quae in margine codicis Monacensis (A) scripta est.

XI, 249 οὐ μόνον τὸ μὴ χρήσασθαι ἧ φὴς προδιηγήσει.
XII, 69 ἀρχαιοτέρῳ τῶν λοιπῶν ὧνπερ φασὶ τελοῦντι.
II, 220 ὡς τέρας προσερρύησαν οἷσπερ φασὶ τοῖς τόποις.
denique Alleg. Il. Proll. 495 καὶ ἀρκεσθῇ τὸ Κράτος σου τοῖς οἷσπερ διαγράφω.

Longe autem frequentissimae sunt enuntiationes rell. attr. prima persona verborum φημί et λέγω comprehensae, ut in lingua Latina enuntiationes quas p. 18 sq. collegimus, *quo* (*quibus*) *dixi*, (*diximus* etc.), quibus auctor res modo commemoratas legentibus in memoriam revocare vult, ut circumscribi possint genitivo aut dativo participii ὁ εἰρημένος. Habes autem formulas ὧν, (ὧνπερ, οὗ, οὗπερ, ἧς, οἷς, οἷσπερ, αἷς, ᾧ, ᾧπερ) φημί, λέγω, ἔφην, ἔφημεν, εἶπον, εἴπομεν, εἰρήκειν, (προειρήκειν) εἰρήκειμεν his locis:

Theod. Prodr. Rhod. VI, 225 μία γὰρ ἀμφοῖν ὧν ἔφαμεν φορτίδων.
VII, 293 τῶν οὖν δυοῖν ὧν εἶπον ὁλκάδων μία.
Nicet. IV, 7 τῶν ἐντὸς ἡμῶν ἧσπερ εἶπον ὁλκάδος.
Tzetz. Chil. II, 876 τινὲς μὲν τοῦτον ἔφασαν ἐφευρετὴν ὧν ἔφην.
II, 898 ὥσπερ καὶ πᾶς ἐκ τῶν σοφῶν ὧνπερ τανῦν εἰρήκειν.
III, 47 σὺν τοῖς Χοσρόου σύμπασιν οἷς εἶπον ἀνακτόροις.

IV, 551. V, 285. 890. VI, 711. 774. VII, 735. 861. VIII, 38. 116. 883. 942. IX, 88. 129. 131. 519. 749. X, 183. 418. 470. 646. 803. 812. 942. XI, 74. 591. XII, 290. 487. XIII, 4. 388. Iamb. v. 66. Alleg. Il. Proll. 747. 934. Ζ, 67. Μ, 158. Ο, 17. Π, 124. 237. Σ, 104. 635. 732. Υ, 305. 363. Φ, 180. Nec dubito quin ad horum locorum similitudinem οὗ genitivus pro ὅν accusativo scribendus sit Chil. VIII, 598 Ὠκεανοῦ οὗ ἔφην — cf. potissimum Chil. X, 812 τοῦ Δίωνος οὗ ἔφημεν et XIII, 388 τοῦ Ἱέρωνος οὗ ἔφημεν. — et ἧς pro ἥν
ib. XIII, 484 οὐκ ἀπὸ φύλλων καὶ γραφῆς ἧσπερ τανῦν εἰρήκειν
cf. potissimum II, 898. Inter attractionis omissae exempla, quae sunt apud Tzetzen 46, nullum est quod cum his duobus componi possit.

Atque ut apud Plinium (v. p. 18) etiam in enuntiatione rel. tempore futuro comprehensa *(quibus dicemus)* attractionem statuimus, ita eadem apparet semel apud Tzetzen Chil. XI, 290

τούτοις τοῖς τέτρασιν οἷσπέρ σοι καταλέξω,
προτάσει καὶ ὑποφορᾷ, ἀντιπροτάσει, λύσει.

Jam si omissa formula ἀνθ' ὧν, cujus ex attractione origo jam diu oblivione obrui coepta est, perpendimus quod ultimo loco proposuimus genus enuntiationum rell. attrr. longe frequentissimum fuisse, ut reliquae paene nullae viderentur, non prorsus a vero aberrabimus conicientes hoc etiam ultimum fuisse genus enuntiationum, in quo attractio locum habuerit, in quoque ubi omissa sit, plane aboleverit. Si hoc vel illo loco in litterarum monumentis etiam saeculo XIV inferio ribusreperitur, ut Leonis Allatii quem p. 107 laudavimus loco, non usu vivo et vigenti, sed imitatione quaesita continetur. In lingua Graecorum recentiore, ut permulta veteris linguae propria, dualis, optativus, genitivus absolutus, genitivus comparativus, ita etiam pronominis rel. assimilatio esse desiit. Formae pronominis rel. ὅς, ἥ, ὅ nisi in oratione elegantiore atque excelsiore omnino non reperiuntur, ὅστις, ἥτις, ὅτι in obliquis casibus non multo usitatiores fuerunt. In forma autem volgari ὁ[183]) ὁποῖος attractio adhibita non est, ut ne in οἷος quidem Graecorum classicae aetatis consuetudine recepta est; in forma denique sermonis plebei propria ὁποῦ vel ποῦ, ut quae esset indeclinabilis, adhiberi non potuit.[184])

Haec habui de attractione enuntiationum rell. qualis esset apud poetas Graecos quae dicerem. Reliquum est, primum ut de usu prosaicorum scriptorum quaeram, deinde ut discrimen quale sit inter attractionem adhibitam et omissam exponam, verum haec alias.

---

183) Jam apud Tzetzen articulo ante pronomen. rel. ὅς posito nihil frequentius: Chil. I, 986. V, 113. 248. 497. 890. VI, 83. 287. 379. 478. 542 etc.

184) Cf. Mullach Gramm. der griech. Vulgärsprache p. 199 sq.

I. Conspectus eorum quae hoc libello continentur.

II. Index rerum.

III. Index locorum vel explicatorum vel emendatorum.

A. Latinorum.

B. Graecorum.

Berolini typis expressit Gustavus Lange.